DE JUNIO GRACCHANO COMMENTATIO.

PARTICULA I.

SCRIPSIT

ET

AUCTORITATE AMPLISS. PHILOSOPHORUM ORD.

IN

UNIVERSITATE LITERAR. DORPATENSI

LEGENDI VENIAM RITE PETITURUS

PUBLICE DEFENDET

LUDOVICUS MERCKLIN,

PHILOS. CAND.

DORPATI, MDCCCXL.

TYPIS HENRICI LAAKMANNI.

IMPRIMATUR

haec dissertatio sub conditione, ut simulac typis excusa fuerit, quinque exemplaria collegio ad libros explorandos constituto tradantur.

Dorpati mens. Nov. d. VII. a. MDCCCXL.

Dr. SCHMALZ,
h. t. Ord. Philos. Decanus.

Quum rerum Romanarum scientia nostra iis maxime scriptoribus nitatur, qui circa Ciceronis et Augusti tempora floruerunt, duces vero, quos illi secuti sunt, aetas absumserit, consentaneum erat, horum deperditorum reliquiis collectis, artis historicae pristinae imaginem quandam instaurare. Itaque in his jam pridem docti viri studium collocarunt, et nuper bene meritus est Augustus Krause edito libro qui inscribitur: Vitae et fragmenta veterum historicorum Romanorum. Berolini. MDCCCXXXIII. Sed quamquam v. d. et scriptorum et reliquiarum numerum auxit, atque de singulorum vitis scriptisque diligenter disseruit, tamen haud scio an multas ad spicilegium stipulas reliquerit. Primum enim nondum expletus est justus historicorum numerus. In quo quis non desiderat, ut gravissima tantum nomina afferam,

T. Pomponium Atticum, M. Terentium Varronem, inprimis dignum, ad quem se doctorum hominum diligentia applicet? Deinde non sufficit reliquias illas undecunque congestas in unum corpus redigere, disponere secundum indices et numeros librorum; nam ita vix aliqua utilitatis species existet. Necesse est accedat critica verborum emendatio, quippe ex eorum plerumque scriptorum libris repetitorum, qui ab hac parte magnopere laborant, Varronem dico, Festum, Servium, Nonium, alios grammaticos. Addatur idonea sermonis et rerum interpretatio, unde in omnes partes antiquitatis doctrinae varius multusque fructus redundabit. Quod opus quum ita comparatum sit, ut commode inter plures dispertiri possit, operae pretium facturus videtur, qui de horum scriptorum uno alterove sigillatim scribere instituet. Neque id qui intelligerent defuere, quales in singularibus libellis egerunt de L. Cincio Alimento H. Liebaldt. Hal. 1833., idem de L. Calpurnio Pisone, Numbg. 1836., de Fabio Pictore ceterisque Fabiis historicis M. H. Whiste, Hafn. 1832., de L. Cornelio Sisenna C. L. Roth, Basil. 1834., de eodem J. A. Wernicke, Thorun. 1839., de T. Pomponio Attico Hullemann. Traj. ad Rhen. 1838., de M. Terentio Varrone C. H. J. Francken. Lugd. Bat. 1836., et qui egregiam de se spem excitavit L. H. Krahner. Hal. 1834. (cfr. Grundlinien z.

Gesch. d. Verfalls d. röm. Staatsreligion bis auf d. Zeit d. August. Eine litterarhistorische Abhandlung von Dr. Leopold Krahner. Halle 1837.) Sed ubi singulorum vitae et reliquiae digne erunt pertractatae, tum demum in votis est ut aliquis accedat, omne quidquid praestitum fuerit, comprehendens et quae inter hos scriptores ratio sit, quae cum servatis necessitudo intercedat luculenter doceat, artisque historicae, qualem respublica Romana tulerit, imaginem praestet.

Quibus perspectis, quis reprehendet, me quoque ausum esse dd. vv. exemplum imitari proposita hac de Junio Gracchano commentatione? Ad quem quomodo sim delatus, paucis declarabo. Intermortuum fere Junii Gracchani nomen Niebuhrius suscitavit et nobilitavit tam insigni praeconio, ut is mihi prae ceteris dignus videretur, in quem meam operam conferrem. Quod quidem consilium confirmatum est, quum animadvertissem, in novissima collectione nihil admodum de eo in medium prolatum, neque omnes exhibitas esse reliquias. Denique gratum accidit, quod J. Rubino (Untersuchungen über röm. Verf. u. Gesch. Th. 1. Cassel 1839. p. 320. annot.) librum singularem de Junio Gracchano scriptum valde desideravit. Itaque sat causarum et cohortationis mihi attulisse videor, ne dicar temere versatus esse in exili et parum utili argumento. Neque tamen ad hunc

scriptorem primus accessi, sed aliquatenus occupavi argumentum quod tractaturum se C. B. Hase bis quidem pollicitus est, frustrata doctorum hominum exspectatione. Cf. v. d. comment. de Jo. Lydo praefixa l. de mag. a Fussio cur. p. LXXVII. Paris. 1821. et praef. in l. Lydi de ostentis. Paris. 1823. p. XX. ubi haec leguntur: „de fontibus, unde hausit auctor noster, cum ea proprium opus desiderent, sintque non magis ambigua quam difficilia explicatu, conabor aliquando accuratius agere. — Ac fortasse ad hoc caput antiquitatum Romanarum aliquam potis ero afferre accessionem. Nam fragmenta quantulacunque sint, veteres pop. Rom. religiones explicantia, L. Cincii Alimenti, Anysii, Elpidiani, Fulvii Flacci, Junii Gracchi, Bebii Macri, Masurii Sabini, Nisi, Rutilii Gemini, aliorumque anonymorum, collegi jamdudum undecunque, cum ex libris editis, maximeque e grammaticis tum ex codd. manuscrr. Regiis bibliothecarumque aliarum, quotquot in itineribus meis Italicis potui perscrutari. Sed haec egent disquisitionis longioris.“ —

I.

Quotiescunque agitur fama et quasi caput scriptoris antiqui, tutissimum est, a nomine utique incipere illustrando, unde ad cetera omnia, tanquam ab ostio fluminis, aditus pateat. Neque nobis alia ratio sequenda fuerit, quum de vita Junii Gracchani nihil propemodum ad nostram pervenerit notitiam, unumque nomen viri, quasi novimen, ut ait vetus grammaticus, sit superstes. Verum ne illud quidem positum est extra omnem dubitationem. Triplex enim reperitur scripturae varietas.

Junius Gracchanus vocatur Plinio H. N. XXXIII. 2, 9. (et in indice scriptorum ejusdem libri T. 1. p. 150. ed. Franz. idem nomen exstat, confirmatum cod. Bambergensi. Cf. Zimmermanni annal. a. d. 1834. p. 413. Plin. ed. Sillig. T. V. p. 363. Indices vero librorum ab ipso Plinio confectos esse novimus ex ipsius praef. p. 27. ed. Franz., quamquam potest dubitari, num auctorum quoque nomina ab eo sint profecta.) Censorino de d. n. c. 20. ed. Lindenbr. p. 147., ordine mutato Gracchanus Junius Ulpiano Dig. I. 13. Censorinus autem et Ulpianus haud dubie Gracchanum cognomen esse

voluerunt, probatque transpositio ab Ulpiano usurpata, cujus non pauca apud cujusvis aetatis scriptores exempla reperiuntur, idoneam vero causam nemo adhuc doctorum hominum demonstravit. Perizonio scribenti in animadv. hist. ed. Amstelod. a. 1685. p. 133 sq.: „Erat veteribus in more positum, si quando nomen hominis non exprimerent, cognomen ultimum, quod plerumque erat quasi ἐπίθετον, praeponere nomini gentilicio" — non jure oblocutus est Dukerus ad Flor. II. 2, 11., quum eorum omnium locorum, ubi praenominis aut gentilicii sedem cognomen occupavit, aut lectio fluctuet, aut a poetarum licentia ratio repetenda sit. cf. Cort. ad Sall. Jug. 27, 4. Drakenb. ad Liv. IV, 20, 8; VIII, 18, 4; XXII, 8, 6; XXVI, 22, 13; XL, 25, 1. Ennius ap. Cic. de or. 1, 45. de rep. 1, 18. Varr. de l. L. VII. 46. Martial. 1, 114. Perizonii observatio, quamvis justa sit, tamen nihil facit ad eum morem explicandum, neque sufficiunt ea, quae protulit Zumpt. gr. lat. §. 797. Ellendt. in Annal. crit. Berol. a. 1830. n. 22. p. 173. sq.

Apud Jo. Laur. Lydum de mag. prooem. p. 2. ed. Fuss. legitur Γρακχιανός et plenius 1, 24. Ἰούνιος Γραγχιανός. Bekkerus in ed. Bonn. utroque loco scribit Γρακχιανός, in indice etiam exhibens: Junius Gracchianus. Id jam adverterat J. D. Fussius: epistola ad C. B. Hase, in qua J. L. Lydi de mag. Reip. Rom. opusculi textus et versio emendantur,

loci difficiliores illustrantur. Leod. 1820. p. 11.: „Ut illud hac occasione moneam, verba latina graece scripta etiam cum librarii culpa depravata esse constaret, non semper emendavi. Codex 1, 24 γραγχιανός.“ Sed haud facili negotio dixeris, vitione scribentis, an Graecae loquelae proprietate quadam effectum sit, ut hae literae Latinarum vicem subirent, quum eadem scriptura reperiatur apud Dionys. Hal. X, 22. ed. Reisk. T. IV. p. 2046. Γράγχος. Atticos saltem nisi in nominibus propriis et plebeiis, iisque paucissimis, non admisisse κχ docuit Lobeckius in Aglaoph. p. 845. [κ] et in Paral. gr. gr. p. 33. Quod ad alteram Graecae scripturae discrepantiam attinet, qua in ιανός nomen illud desinit, haec contendo. Ut omnes linguae in vocabulis externis recipiendis non sibi temperaverunt, quin ea secundum leges domesticas mutarent, adeo ut neque nominibus propriis parcerent conformandis, sed ad similitudinem suorum sonorum deflexis concederent civitatem, sic Graecos quoque in reddendis Romanorum nominibus egisse probabile est, quamvis fortasse nominum Σκηπίων, Λεύκιος alia sit ratio. cf. Buttm. gr. gr. ampl. §. 3. annot. 2. * * p. 15. sq. §. 5. annot. 7. p. 25. sq. Varr. de l. L. VI, 2. ed. Muell. p. 72. et addend. p. 301. Bloch. Revision. p. 23. sq. In nostrum nomen cadere videtur Buttmanni observatio prolata gr. gr. §. 119, 4. a. b. p. 429. ed. Lob.: „ηνός, ᾱνός,

ῖνός aehneln zwar auch den Adjectiven; aber auf *ηνός*, *ανός* giebt es gar keine appellative Adjective und auf *ινος* keine properispomena. Auch ist zu merken, dass alle drei Formen nur von Staedten und Laendern ausserhalb Griechenland vorkommen. *Ταραντῖνος* von *Τάρας*, *αντος*, Tarentum, *Ῥηγῖνος* von *Ῥήγιον*, *Ἀμοργῖνος* von *Ἄμοργος*: *Κυζικηνός*, *Ἀβυδηνός*: *Ἀσιανός*, *Παριανός* von *Πάριον*, *Σαρδιανός*, *Τραλλιανός* von *Σάρδεις*, *Τράλλεις*, *Ἀγκυρανός*; wobei man sieht, dass —*ανός* die Endung —*ηνος* ist mit vorhergehendem *ι* oder *ρ*, daher ionisch *Σαρδιηνός*, *Παριηνός*.“ v. addit. Lobeck. Itaque verbis similiter desinentibus linguae Graecae adductus videtur Lydus, ut, quum aut *Γρακχηνός* aut *Γρακχιανός* dicendum esset, hoc praeferret propter sonum Romanis frequentiorem, siquidem quae de nominibus terrarum et urbium praecepit Buttmannus, poterunt in nomina virorum porrigi. Lydus certe in simili re eundem morem servavit, Felicis Galli Fl. Secundini nomen, ut exhibent fasti, in *Σεκουνδιανοῦ* declinans, cf. Hase de Jo. Lydo commentar. p. IV. cui tamen exemplo non nimiam tribuerim auctoritatem, quum lapides Gruteriani Secundani, Secundini, Secundiani formas suppeditent, quarum tandem quis est, qui discrimina demonstraverit? In lubricum enim campum descenderunt, qui harum terminationum origines et potestates enucleare studebant, de quibus ne Romanis quidem convenisse videtur, ut etiam-

num valeant Charisii verba ed. Lindem. p. 52.: „Derivationis vero tanta est inaequalitas, ut comprehendi non possit.“ cf. Spaldingii de oratione Marcelliana disput. in Wolfii et Buttmanni mus. ant. stud. p. 1—9. Zumpt. gr. lat. §. 254, 1. Duentzer. die Lehre v. d. lat. Wortbildg. u. Compos. p. 82. sq. Reisig. Vorlesungen üb. lat. Sprachwiss. p. 166. c. annot. editoris. Romanis num a nomine Gracchorum aliae formae derivatae in usu fuerint, ambigo dicere, neque credendum est indici Gruteriano p. CLXXXVI. exhibenti: Gracchinus, quum ipse lapis p. 172. n. 3. prae se ferat GRAECHIN.

Tertiam nominis speciem prodit Varro de l. L. VI, 4. ed. Speng. p. 213. ubi Cod. B. Edit. princ. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. conspirant in lectione Junius Gracchus. Rholand. parvo discrimine exhibet Junius Grachus Venet. I. II. Junius graccus. Unum Junii nomen praebent Flor. Havn. Sciopp. Quae diversitas lectionis non potest facilius quam ex emendandi et supplendi studio derivari, accedente Spengelii testimonio, praef. p. XVIII. librum illum manuscriptum valde interpolatum esse et correctum. Ipse praef. p. 2. de nostro loco haec: „Frequenter in his libris (Pomponii Laeti et qui eum secuti sunt. p. XLVI.) auctoris nomen a Varrone datum accuratius notatum exstat ut pag. 213 *secundus ut Fulvius scribit et Junius a Venere, quod ea sit Ἀφροδίτη;* manus secunda

emendatrix dedit *et Junius Gracchus;* voluit *Graccanus*, et ut prius huic posteriori conveniret, tertia manus, quam in codice B. videmus, correxit *ut Fulvius Flaccus scribit.* Sed Varro ubique nude *Junius* dicit.“ Itaque si melioris notae libris confidimus, Junii nomen constabit. Ad ejusdem Junii auctoritatem provocat Varro V, 8. p. 53. V, 9. p. 61. sicut Censorinus c. 20. p. 148. ubi plenior appellatio praecesserat (v. Carrion. Emend. 1, 19. in Gruter. lamp. crit. T. III. p. 126.) et c. 22. p. 163., Macrobius Sat. 1, 13. p. 275. ed. Zeun., quibus locis non sine summa probabilitate dd. vv. Junium Gracchanum odorati sunt, quoniam ejusdem rei testis modo pleniore modo breviore appellatione producatur, cf. Carrio l. c. p. 127. J. G. Voss. de histor. Lat. 1. c. 9. p. 36. ed. sec. L. B. 1651. Brisson. de verbor. signif. T. 1. p. 528. Rosin. antiq. Rom. Amstelod. 1685. p. 902., excepto uno Glandorpio in Onom. p. 501, qui ab Junio Graccho Varronis, Junium Gracchanum Ulpiani, et Junium quendam, Gracchanum Plinii distinxit. Harduin. Ind. Plin. in v. Junius Gracchanus. T. X. p. 321. ed. Franz. Recentiores inter Junii Gracchani et Junii Gracchi appellationem fluctuant, prout aut Varroni aut Plinio, Ulpiano, Censorino, Lydo fidem habuerunt. cf. Dirksen. Bruchstücke aus d. Schr. d. röm. Juristen. Königsberg 1814. p. 57. Grotefend. in Encycl. Ersch. T. V. p. 11. Hase praef.

in Lyd. de ostent., quem tamen miror formam breviorem praetulisse.

His de nominis forma praemissis adjungatur quaestio de praenomine Junii Gracchani. Licet enim vel post bella Punica non omnes Romani, neque nobilissimus quisque, tria nomina habuerint, (C. Marium, Q. Sertorium, L. Mummium nullo cognomine fuisse insignes testis est Posidonius ap. Plut. in v. Marii c. 1. cf. Bake Posidonii vit. et doctr. reliq. p. 170.) tamen nemo facile civis praenomine carebat. cf. Goettling. Gesch. d. roem. Staatsverf. Halle. 1840. p. 67. 75. Junio Gracchano praenomen Gaio esse voluit jam ab Orellio in On. Tull. notatus A. Krause l. c. p. 15. 221., nescio quo testimonio confisus, nisi Niebuhrii forte H. R. T. II. p. 12., cujus tamen non minor est licentia. Hos festinanter sequuntur Westermannus Gesch. d. roem. Beredtsamkeit p. 90. 14. et Goettlingius. l. c. p. 74. n. 7. Paulo majorem prae se fert speciem praenomen Marci, quod ei tribuunt Dirksenius l. c. p. 56. et Schoellius hist. de la lit. Rom. T. 1. p. 163. fidem credo habentes aut Ciceroni de legg. III, 20. aut Varroni de l. L. VI. 9. p. 274: „Hoc ipsum Inlicium scriptum inveni in M. Junii commentariis, quod tamen ibi idem est quod illicite illexit; quae cum E et C cum G magnam habent communitatem.“ Locus, judice Speng. in praef. p. XII. corruptus, quem vix integrum reddere valea-

mus, ubi tamen codices et editiones veteres consentiunt in tutanda lectione vulgata, praeter cod. Parisiensem *b* in quo est: *inveni Muncii.* Speng. p. 693. Nostra vero sententia ut perspiciatur opus erit quaerere, quam rationem Varro in testibus nuncupandis solitus sit sequi. Utamur de l. L. libris, quorum formam Spengelii et Muelleri diligentia ita constituit, ut quaestiones criticae tutius institui possint, quam in libris de r. r. vel post Schneideri curas retractandis. v. Muell. in praef. p. XXXIV. Non temere autem in his quoque Varroni diligentiam singularem tribuere licebit, quem novimus fabulas Plautinas et Naevianas ex literarum ordine disposuisse. v. Muell. ad Varr. l. VII. §. 107. p. 163. Commentariis addend. p. 303. sq. Eundem brevitati haud parvum studentem verissime observavit Spengelius in praef. p. LIV. uno ubique nomine contentum esse. Cujus praecepto quae refragari visa sunt exempla, V, 15. p. 87. Scaevola Quintus Pontufex Maximus et V, 41. p. 148, eorum prius certe ejusmodi esse, ubi res quaedam necessario additum nomen flagitaret, docuit optime Muellerus in addend. p. 300., alterum, quum ad ancipitem illam quaestionem, quam ne Muellerus quidem ausus est dirimere, de L. Aelio sive Cornelio Stilone pertineat, nunc melius praetermittatur. Accedit quam mihi videor vidisse, altera causa. Etenim Varro in libris de l. L, quos, varia doctrina con-

fertissimos, non fortuito, sed inita ratione compositos mihi persuasi, habeoque consentientem Lerschium (Die Sprachphilosophie der Alten. Bonn. 1838. T. 1. p. 117.), quum multornm scriptorum testimonia et exempla conferenda essent, ita egisse putandus est, ut, ubi primum alicuius scriptoris mentionem faceret, plenum nomen poneret, vel ita saltem significaret, nulla ut apud lectorem dubitatio resideret, deinde quoties ejusdem memoria rediret, aut gentilicio nomine aut cognomine, prout alterutrum significantius erat, repetito satageret. Cujus rei haec sunto exempla. L. V. §. 85. ed. Muell. p. 87. Speng. Scaevola Quintus Pontufex Maximus; VI, 30. p. 211. Quintus Mucius. VII, 105. p. 382. Mucius. Alterum erit Valerius Soranus, VII, 31. p. 318. cujus nomen antea non legitur, VII, 65. pag. 347. Valerius, X, 70. p. 583. Valerius. Sed idonea est prae ceteris mentio M. Porcii Catonis et Porcii Licinii, eodem nomine gentilicio praeditorum, quos, brevitatis amantissimus Varro, vide quomodo discriminaverit. L. V, 163. p. 163. Porcium affert, quem dd. vv. consensus Porcium Licinium antiquum epigrammatarium (Gell. N. A. XVII, 21. XIX. 9.) poetam judicat; VII, 58. p. 342. Catonem appellat; Porcii nomen redit VII, 104. p. 380; rursus Catonis IX, 107. p. 535. Itaque scite delectis nominibus effecit, ut vel gentiles ab altero alter possent discerni, neque morem suum relin-

queret. Sed in viam redeamus. Junium Varro, ut vidimus supra, commemorat V, 42. p. 48; V, 48, p. 53; V, 55. p. 61. jam sequitur VI, 95. p. 274. M. Junius in commentariis, neque postea ullius Junii nomen legitur. Isne igitur Gracchanus est, an alius? Si ex more, quem sequitur Varro, judicabimus, non possumus, quin alium esse statuamus; quid enim per deos, Spengelii verba repeto ex praef. p. LV., moverit Varronem, ut, quem ter simpliciter nudeque Junium dixisset, semel M. Junium appellet? Idem sentire videtur Muellerus, in scriptorum indice Junium a M. Junio secernens. Popma ad Varronis l. c. ed. Bip. T. 2. p. 157. M. Junii Bruti commentarios juris civilis significari censet, neque ab ea sententia recedit Drumannus Gesch. Roms. T. 4. p. 6. a. 18. Fortasse cod. Parisiensis *b* genuinae lectionis vestigia retinet, itaque legendum censeo *inveni in Mucii*, aut, si legatur *M. Junii*, alium esse dico atque Gracchanum.

Gracchani nominis originem memoriae prodidit Plinius (H. N. XXXIII., 9. ed. Sillig T. V. p. 14.) his verbis: „Equitum quidem etiam nomen ipsum saepe variatum est, in his quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo regibusque appellati sunt, deinde flexumines, postea trossuli, cum oppidum in Tuscis citra Volsinios passuum IX. M. sine ullo peditum adjumento ce-

plissent ejus vocabuli; idque duravit ultra C. Gracchum. Junius certe, qui ab amicitia ejus Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis." Primum mirari subit, quum amicorum C. Gracchi non paucorum nomina et facta nobis sint tradita, ut Vettii (Plut. v. C. G. c. 1.), Herennii Siculi (Val. Max. IX, 12. 6.), Fulvii Flacci (Plut. v. C. G. c. 10.), Pomponii et Laetorii (Val. Max. IV, 7. 2.) vel Licinii (Plut. v. C. G. c. 16.), ejus viri, cui prae ceteris ab amicitia cognomen inhaeserit, nullum apud historiarum scriptores extare indicium. Deinde nullum mihi memoria suppeditat exemplum, fuisse aliquem Romanorum ab amicitia cognominatum, quanquam ex Graecis succurrit Eusebius Pamphili, et e contrario Metrodorus Scepsius, cui cognomen e Romani nominis odio inditum est (*Μισορωμαίου*) Plin. H. N. XXXIV. 16. Aviani quoque nomen alienum est, quod cum nostro comparat Goettinglius l. c. p. 74. n. 7. En verba Ciceronis. Ep. ad fam. XIII, 35: „C. Avianus Philoxenus antiquus est hospes meus, et praeter hospitium valde etiam familiaris: quem Caesar meo beneficio in Novocomenses retulit. Nomen autem Aviani secutus est, quod homine nullo plus est usus, quam Flacco Aviano, meo, quemadmodum te scire arbitror, familiarissimo," unde patet, quum Graecus esset, Caesaris beneficio civitate donatum fuisse. Rectius

Creuzerus Ant. Rom. p. 77. in hoc et altero exemplo, quod commemorat Cic. Ep. XIII, 36. illius moris imitationem agnovit, qui in libertis nuncupandis obtinuit. Gellii locus III, 18, quem Goettlingius adscripsit, nihil ejusmodi continet. Neque tamen id Plinii verbis inest, Gracchani Junio fuisse cognomen, quidni simpliciter Junium Gracchanum dixerit? Sed his de industria additis „qui ab amicitia ejus Gracchanus appellatus est" videtur significare, Gracchanum non partem nominis tenere, emendaturus fortasse tralaticium in appellando Junio morem. Gracchani dicti sunt, mea sententia, quam Rubinonem l. c. p. 320 praecivisse video, quoscunque cum Gracchorum familia voluntatum et studiorum consensio sociaverat, quemadmodum Sullani, Caesariani, Lepidani alii. Traxit autem hoc vocabulum propter hujus familiae popularem animum invidiosam quandam potestatem atque in partium illarum appellationem abiit. Probatur dicto Ciceroniano in Brut. c. 34. §. 128: „L. Opimium, Gracchi interfectorem a populo absolutum, quum is contra populi studium stetisset, Gracchani judices sustulerunt," comparatoque alio pro S. Rosc. 30, 85, quo judices ex lege L. Cassii Longini tabellaria severe judicantes Cassianos appellavit, non Longinianos. Id. pro Cluent. 1, 1. Cujus vestigia premunt Seneca de brev. vit. c. 6.: „Livius Drusus cum leges novas et mala Gracchana

movisset," de consolat. ad Marc. c. 16: „Livium Drusum — vadentem per Gracchana vestigia." Val. Max. 1, 1. n. 1: „Gracchano tumultu," et Florus adeo scribit III, 16. 1: „Nihilominus Appulejus Saturninus Gracchanas asserere leges non destitit." Nominum Romanorum rationem optime nuper descripsit P. E. Huschke: Ueber d. Stelle d. Varro v. d. Liciniern. p. 36. n. 59. Servius Tullius p. 536. sq. unde bene intelligitur, quoties familiaritas et amicitia indicanda erat, non latiore gentis vocabulo usos esse, sed significantiorem familiae appellationem elegisse antiquos. Differt igitur a nomine Sempronio et Semproniano (Liv. IV, 43. XLI, 21. [26.] Cic. Ep. ad fam. XII, 29.). Gracchanum, quemadmodum usu comprobatur. Illud enim prae se ferunt leges (ambiguae fidei sunt lex Coctia. Cic. ad Att. IV, 16, 14. lex Metella Plin. H. N. XXXV, 57. p. 590 ed. Franz. v. Orell. Onom. Tull. T. 3. p. 157.), quae ad rempublicam pertineant, gentisque merita et indolem proponant, hoc partium sectatores induerunt. Accedit, quo eadem ratio indicatur, diversa horum nominum terminatio, cujus vis maxime conspicua est in iis, qui per adoptionem ex altera gente in alteram transierunt. Nam assumto novo nomini gentilicio additur relictae gentis nomen in -ianus deflexum, quo latior et arctior nexus optime significatur. Quae quum ita sint, paucis absolvenda

erit quaestio, possitne nomine Gracchani indicari conditio libertini, qua de re videntur cogitasse ii, qui Gaii praenomen Junio tribuerunt. In libertis autem, quorum nomina nondum ea qua par est diligentia conquisita sunt et illustrata, eam legem obtinuisse videmus, ut aut heri et manumissoris praenomen et gentilicium nomen usurparent, adjecto alio cognomine, aut praenomen et cognomen induerent, mutato nomine gentilicio in-ianus. Cf. Creuzer. Ant. Rom. p. 79. sq. Goettling. l. c. p. 142. Morhof. de Patavin. Liv. p. 66. ed. Stutgard. Osann. Anal. crit. p. 21. Utroque loco mansit vestigium nexus gentilicii. Verum in Junio Gracchano non solum deest Semproniae gentis indicium, sed adest contra Juniae gentis clarum testimonium. Junium enim cave ne praenomen accipias, qui quidem mos sub Caesaribus demum invaluit. Cf. Cannegiet. de mut. s. princ. nomm. rat. p. 6. Goettling. l. c. p. 67. a. 8.

Ex Junia gente quum compertum habeamus Gracchanum fuisse, non supervacaneum erit quaerere, quem illa in civitate Romana locum tenuerit. De hujus gentis origine et primordiis jam inter antiquos diversa fama obtinuit, neque recentioribus convenit. Niebuhrio multa sagacitate contendenti e plebe fuisse L. Junium Brutum, primum consulem, refragatur Dion. Hal. V, 68. p. 888. T. 2. ed. Reisk. et oblocuti sunt Schlegel. in

Annal. Heidelberg. 1816. p. 898. Ellendt. ad Cic. Brut. XIV. 53. Goettling. in Annal. crit. Berol. 1830. s. 2. p. 315. sq. et in libro novissimo p. 266. Drumann. in H. R. T. IV. p. 2. sq. Verum utut se res habet, liberae reipublicae tempore omnes Juniae gentis familias plebejas fuisse, satis certo constat. Deque Juniis Brutis testis est Dion. Hal. l. c. *οἱ δ'ἀπ ἐκείνης ἑαυτοὺς λέγοντες τῆς οἰκίας εἶναι Ἰούνιοι τε καὶ Βροῦτοι, πάντες ἦσαν πλήβιοι, καὶ τὰς ἀρχὰς μετῄεσαν ἃς τοῖς δημοτικοῖς μετιέναι νόμος εἴα, ἀγορανομίας τε καὶ δημαρχίας, ὑπατείας δ'οὐδεὶς, ἧς οὐδενὶ πλὴν ἢ τοῖς πατρικίοις μετῆν· ὀψὲ δέ ποτε καὶ ταύτης ἔτυχον τῆς ἀρχῆς, ὅτε συνεχωρήθη καὶ τοῖς δημοτικοῖς αὐτὴν λαβεῖν.* Firmatur Dionysii testimonium fastis consularibus, qui ante a. u. c. 436. neminem Junium consulem produnt, quo quidem C. Junius C. f. C. n. Bubulcus Brutus Q. Aemilio C. f. L. n. Barbulae fuit collega, quum tamen jam a. u. c. 387. primus e plebe ad hunc honorem pervenisset, scriptumque est nomen Junii, ut in plebeiis fieri solet, loco secundo. D. Junius Brutus Scaeva a. u. c. 414. magister equitum fuit, quo munere jam a. u. c. 327. plebejus homo functus erat. Itaque nihil obstat, quominus hi Junii de plebe fuerint, suamque gentem nobilitaverint, neque id negat Niebuhrius l. c. Recte igitur judicasse videntur ii, qui Junium Gracchanum, quamquam familiam ejus ignoramus, plebi adscripserunt,

ut A. Schottus ap. Rosin. Ant. Rom. p. 890. Drumannus l. c. T. IV. p. 51. atque in hanc sententiam concipiendam ducit amicitia quoque cum C. Graccho juncta. Videntur praeterea Junia et Sempronia gentes necessitudine conjunctae fuisse. Plutarchus in v. T. G. c. 21 refert: *Λαβόντες δὲ τὰς ψήφους, εἵλοντο Πόπλιον Κράσσον, οἰκεῖον ὄντα Γράκχῳ· θυγάτηρ γὰρ αὐτοῦ, Λικιννία, Γαΐῳ Γράκχῳ συνῴκει. Καίτοι Νέπως ὁ Κορνήλιος φησίν, οὐ Κράσσου, Βρούτου δὲ τοῦ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν, θυγατέρα γῆμαι Γάϊον· ἀλλ' οἱ πλείους, ὡς ἡμεῖς γράφομεν, ἱστοροῦσιν.* Cornelii Nepotis auctoritatem non haesitabundus Plutarcheae anteponerem, nisi obstaret Dig. l. 24. t. 3. l. 66. (Javolenus lib. 6. ex Posterioribus Labeonis): „Ea sententia Publii Mucii est: nam is in Licinnia Gracchi uxore statuit, quod res dotales in ea seditione, qua Gracchus occisus erat, perissent, quia Gracchi culpa ea seditio facta esset, Licinniae praestari oportere.“ V. Plut. in v. C. G. c. 17. Nunc ambiguus haereo; Cornelius enim Nepos Gracchorum aetati propior est, qui prorsus irrita retulerit. Sempronia contra nupserat D. Junio Bruto, Gallaici illius filio, a. u. c. 676. cum M. Aemilio Lepido consuli, quam tamen certum est non fuisse e familia Gracchorum. V. Sall. b. C. 24, 4. 25. 40, 5. Drumann. l. c. T. IV. p. 8.

Sed ad locum Plinianum redeamus, quo omnis

nostra de vita Junii notitia nitatur, et unde alia probabiliter possint derivari. Primum apparet Junium circa a. u. 630. floruisse. v. Niebuhr. H. R. T. I. p. 277. T. 2. p. 12. Drumann. l. c. T. IV. p. 1. Deinde superstitem fuisse C. Graccho probant Plinii verba: „idque duravit ultra C. Gracchum. Junius certe qui ab amicitia ejus Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis.“ Neque adversantur scriptorum testimonia de sorte partium Gracchanarum. Quanquam cum C. Graccho tria millia (Plut. c. 17.) aut, quod ad veritatem propius accedit, ducenti quinquaginta (Oros. V, 12.) occubuerunt, tamen supererant amici et clientes, in quos habitae sunt crudeles quaestiones. Vellei. II. 7. §. 3. Appian. 1, 26. Sall. b. J. 16, 2. 31, 7. Val. Max. VI, 3, 1. IX, 12, 6. Oros. l. c. Non recte vero Rubino l. c. p. 321. his Gracchanum quoque obnoxium fuisse opinatur. Nam crudelitatis vocabulum, quo haec judicia Vellejus appellavit, non erraverim, si ad supplicia decreta pertinere dicam. Attamen ex sententia Rubinonis haec illata injuria perpulit Gracchanum ut scriberet ea, quae servavit nobis Ulpianus in Dig. l. 1. t. 13. Mihi magis veri simile est, Junium exilio salutem petivisse, accedente Sallustii testimonio b. J. 42, 4.: „Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa multos mortalis ferro aut fuga exstinxit.“

Quum Juniorum nullo cognomine insignium circa extrema reipublicae tempora haud raro fiat mentio, vv. dd. accuratius eos describere conati, uni et alteri cognomen Gracchani addiderunt, atque id factum esse fere minus miror, quam quod non factum est saepius. Quippe omnia, quae contulimus de vita Junii Gracchani adeo exilia sunt, quae temporum ratione servata ad alios multos Junios possint transferri. Multo majorem igitur facessit operam, quem divinando quis Gracchanum dixit, tralaticio illo cognomine orbare, quam ad alios propagare illud denuo.

Cic. pro Quint. 1. §. 3.: „Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M. Junius, qui hanc causam, Aquilli, aliquoties apud te egit, homo et in aliis causis exercitatus, et in hac multum et saepe versatus, hoc tempore abest, nova legatione impeditus.“ Ernestius in clav. Cic. ed. a. 1739. ad hunc locum: „Passeratius, inquit, de illo Gracchano Junio interpretatur, nescio qua ratione inductus. Temporis saltem rationi non repugnat.“ In quibus bis falsus est v. d. Passeratius enim, quem nullo libro addito, citavit, alia prorsus dicit ad Cic. pro Quint. in ed. Graev.: „Hunc M. Junium Cicero III. de legibus sodalem suum appellat, qui scripserat ad patrem suum de potestate et jure magistratuum.“ Idem vero Passeratius quia

ad Cic. de leg. III, 20. Junium illum Gracchanum esse, neque probavit, neque fortasse in animo habuit demonstrare, sed conjecerunt id alii, immerito ejus rei auctor vocatur Ernestio. Alio autem loco hanc sententiam ab eo esse prolatam ne credamus vetat praef. Graevii. p. 18.: „Accipis etiam ex Joannis Passeratii, Doctoris Regii Parisiensis nobilissimi et magni nominis disputationibus Academicis manu exaratis excerpta in orationes pro Quintio, pro Roscio Amerino, pro Caecina, pro Murena, pro Flacco, pro Archia et in Vatinium. Ex his ea tantum selegi, quae faciebant ad illustrandum Ciceronem, aut Latini sermonis subtilitatem et elegantiam, cujus erat peritissimus, explicandam. Reliqua quae quidem utilia sunt tyronibus, sed quae in tanta luce literarum nunc edi nollet sane Passeratius, omisi.“ Ernestii error per omnes clavis Ciceronianae editiones propagatus est et irrepsit adeo in Onomasticon Tullianum Orell. v. M. Junius T. 2. p. 316. Orationem pro Quintio Cicero habuit a. u. c. 672. C. autem Gracchus, cujus aequalem Junium Gracchanum fuisse comperimus, occubuit. a. u. c. 632. annos natus triginta tres. Junius igitur fuisset septuagenarius, operamque dedisset rebus forensibus, crebrisque simul vacasset legationibus, quod parum habet probabilitatis. Atque hoc senserunt ante nos F. C. Wolfius (Neue Sammlg. auserlesener Reden d. M.

T. Cicero. Altona. 1823. T. 1. p. 75.) et Drumannus l. c. T. IV. p. 51. n. 57.

Cic. de leg. III. 20. 47.: „Faciendum tibi est, ut, magistratibus lege constitutis de potestate, tum de jure disputes. *M.* Faciam breviter, si consequi potuero: nam pluribus verbis scripsit ad patrem tuum M. Junius sodalis perite, meo quidem judicio, et diligenter.“ Multum sane hinc petere liceret, si quidem certo demonstrari posset, M. Junium esse Gracchanum. Quod quo difficilius est, tanto proclivius dd. vv. in hanc sententiam videmus delatos. Turnebus in commentar. ad h. l. p. 743. ed. Moser. et Creuzer.: „M. Junius. Hujus commentarios, qui ut reor de jure et potestate magistratuum erant, citat Varro his verbis (l. V. l. L. pag. 64.). Hoc modo inveni in M. Junii commentariis. Hic est qui Gracchanus, ut opinor, nominabatur. Plinius (lib. XXXIII. §. 9.) Junius certe — equites vocant.“ Huic adstipulati sunt Wyttenbachius ap. Moser. p. 474, Fabricius in bibl. lat. T. III. p. 488. l. IV. c. 6. G. F. Wagnerus in ed. Cic. de leg. p. 184. Drumanni sententiam de hoc M. Junio perspicere non licet, quoniam nulli Junio Ciceronis locus adscriptus est. Sed quemadmodum in agnoscendo Junio Gracchano dd. vv. consentiunt, sic eorundem judicium discrepat de sodalis appellatione. Wyttenbachio verisimilius visum est, esse cognomen familiae, quam muneris et ordinis eque-

stris. Utinam v. d. aliquod firmamentum huic opinationi paravisset. At rarissimum est cognomen Romanis, et fortasse omnino non fuit, unicum quippe exemplum suppeditat lapis Gruter. p. 987. n. 14. C. PAPIRIUS. C. L. SODALIS. SIBI. ET. ELONIAE. MVRRIAE. UXORI. V. V. Quo autem jure ordinis equestris esse possit significatio, non video. Turnebus p. 744. haec: „Cui familiaritas et sodalitas cum Attici patre intercedebat, nisi quis sodalem dici putat propter amicitiam Gracchi. Illud alterum verius puto.“ Wagnerus contra p. 184: „Sodalis tanquam appellativum ad sodalitatem patris Attici commode referri non potest; adjici enim debebat ejus: sed propter amicitiam Gracchi, ut Gracchanus, ita ab aliis sodalis, novo cognomine, ut saepe, ex fortuita re, etiam invidiae causa, addito, adpellatus esse videtur.“ Ernestius in cl. Cic. v. M. Junius Gracchanus.: „Si nomen appellativum est, non dubito quin sit de amicitia cum Attici patre capiendum. Sic pro Mur. 27. Servius Sulpicius, sodalis filii scil. Murenae. Nisi quis forte dignitatis nomen putare velit a collegio aliquo, cujus sodalis fuerit, tanquam Epulonum.“ Orellius ad Cic. de leg. l. c.: „Sodalis quasi sit cognomen. G. cfr. Ern. et Sch. Ind. Histor. in M. Junius. Sed locus Murenianae c. 27. ab Ern. ipso allatus, rem conficit, ut h. l. quoque sodalis sit appellativum.“ Nostrum locum aliter lectum esse Passe-

Creuzerus Ant. Rom. p. 77. in hoc et altero exemplo, quod commemorat Cic. Ep. XIII, 36. illius moris imitationem agnovit, qui in libertis nuncupandis obtinuit. Gellii locus III, 18, quem Goettlingius adscripsit, nihil ejusmodi continet. Neque tamen id Plinii verbis inest, Gracchani Junio fuisse cognomen, quidni simpliciter Junium Gracchanum dixerit? Sed his de industria additis „qui ab amicitia ejus Gracchanus appellatus est" videtur significare, Gracchanum non partem nominis tenere, emendaturus fortasse tralaticium in appellando Junio morem. Gracchani dicti sunt, mea sententia, quam Rubinonem l. c. p. 320 praeivisse video, quoscunque cum Gracchorum familia voluntatum et studiorum consensio sociaverat, quemadmodum Sullani, Caesariani, Lepidani alii. Traxit autem hoc vocabulum propter hujus familiae popularem animum invidiosam quandam potestatem atque in partium illarum appellationem abiit. Probatur dicto Ciceroniano in Brut. c. 34. §. 128: „L. Opimium, Gracchi interfectorem a populo absolutum, quum is contra populi studium stetisset, Gracchani judices sustulerunt," comparatoque alio pro S. Rosc. 30, 85, quo judices ex lege L. Cassii Longini tabellaria severe judicantes Cassianos appellavit, non Longinianos. Id. pro Cluent. 1, 1. Cujus vestigia premunt Seneca de brev. vit. c. 6.: „Livius Drusus cum leges novas et mala Gracchana

movisset," de consolat. ad Marc. c. 16: „Livium Drusum — vadentem per Gracchana vestigia." Val. Max. 1, 1. n. 1: „Gracchano tumultu," et Florus adeo scribit III, 16. 1: „Nihilominus Appulejus Saturninus Gracchanas asserere leges non destitit." Nominum Romanorum rationem optime nuper descripsit P. E. Huschke: Ueber d. Stelle d. Varro v. d. Liciniern. p. 36. n. 59. Servius Tullius p. 536. sq. unde bene intelligitur, quoties familiaritas et amicitia indicanda erat, non latiore gentis vocabulo usos esse, sed significantiorem familiae appellationem elegisse antiquos. Differt igitur a nomine Sempronio et Semproniano (Liv. IV, 43. XLI, 21. [26.] Cic. Ep. ad fam. XII, 29.). Gracchanum, quemadmodum usu comprobatur. Illud enim prae se ferunt leges (ambiguae fidei sunt lex Coctia. Cic. ad Att. IV, 16, 14. lex Metella Plin. H. N. XXXV, 57. p. 590 ed. Franz. v. Orell. Onom. Tull. T. 3. p. 157.), quae ad rempublicam pertineant, gentisque merita et indolem proponant, hoc partium sectatores induerunt. Accedit, quo eadem ratio indicatur, diversa horum nominum terminatio, cujus vis maxime conspicua est in iis, qui per adoptionem ex altera gente in alteram transierunt. Nam assumto novo nomini gentilicio additur relictae gentis nomen in-ianus deflexum, quo latior et arctior nexus optime significatur. Quae quum ita sint, paucis absolvenda

2 *

erit quaestio, possitne nomine Gracchani indicari conditio libertini, qua de re videntur cogitasse ii, qui Gaii praenomen Junio tribuerunt. In libertis autem, quorum nomina nondum ea qua par est diligentia conquisita sunt et illustrata, eam legem obtinuisse videmus, ut aut heri et manumissoris praenomen et gentilicium nomen usurparent, adjecto alio cognomine, aut praenomen et cognomen induerent, mutato nomine gentilicio in-ianus. Cf. Creuzer. Ant. Rom. p. 79. sq. Goettling. l. c. p. 142. Morhof. de Patavin. Liv. p. 66. ed. Stutgard. Osann. Anal. crit. p. 21. Utroque loco mansit vestigium nexus gentilicii. Verum in Junio Gracchano non solum deest Semproniae gentis indicium, sed adest contra Juniae gentis clarum testimonium. Junium enim cave ne praenomen accipias, qui quidem mos sub Caesaribus demum invaluit. Cf. Cannegiet. de mut. s. princ. nomm. rat. p. 6. Goettling. l. c. p. 67. a. 8.

Ex Junia gente quum compertum habeamus Gracchanum fuisse, non supervacaneum erit quaerere, quem illa in civitate Romana locum tenuerit. De hujus gentis origine et primordiis jam inter antiquos diversa fama obtinuit, neque recentioribus convenit. Niebuhrio multa sagacitate contendenti e plebe fuisse L. Junium Brutum, primum consulem, refragatur Dion. Hal. V, 68. p. 888. T. 2. ed. Reisk. et oblocuti sunt Schlegel. in

Annal. Heidelberg. 1816. p. 898. Ellendt. ad Cic. Brut. XIV. 53. Goettling. in Annal. crit. Berol. 1830. s. 2. p. 315. sq. et in libro novissimo p. 266. Drumann. in H. R. T. IV. p. 2. sq. Verum utut se res habet, liberae reipublicae tempore omnes Juniae gentis familias plebejas fuisse, satis certo constat. Deque Juniis Brutis testis est Dion. Hal. l. c. *οἱ δ'ἀπ ἐκείνης ἑαυτοὺς λέγοντες τῆς οἰκίας εἶναι Ἰούνιοι τε καὶ Βροῦτοι, πάντες ἦσαν πλήβιοι, καὶ τὰς ἀρχὰς μετῄεσαν ἃς τοῖς δημοτικοῖς μετιέναι νόμος εἴα, ἀγορανομίας τε καὶ δημαρχίας, ὑπατείας δ'οὐδεὶς, ἧς οὐδενὶ πλὴν ἢ τοῖς πατρικίοις μετῆν· ὀψὲ δέ ποτε καὶ ταύτης ἔτυχον τῆς ἀρχῆς, ὅτε συνεχωρήθη καὶ τοῖς δημοτικοῖς αὐτὴν λαβεῖν.* Firmatur Dionysii testimonium fastis consularibus, qui ante a. u. c. 436. neminem Junium consulem produnt, quo quidem C. Junius C. f. C. n. Bubulcus Brutus Q. Aemilio C. f. L. n. Barbulae fuit collega, quum tamen jam a. u. c. 387. primus e plebe ad hunc honorem pervenisset, scriptumque est nomen Junii, ut in plebeiis fieri solet, loco secundo. D. Junius Brutus Scaeva a. u. c. 414. magister equitum fuit, quo munere jam a. u. c. 327. plebejus homo functus erat. Itaque nihil obstat, quominus hi Junii de plebe fuerint, suamque gentem nobilitaverint, neque id negat Niebuhrius l. c. Recte igitur judicasse videntur ii, qui Junium Gracchanum, quamquam familiam ejus ignoramus, plebi adscripserunt,

ut A. Schottus ap. Rosin. Ant. Rom. p. 890. Drumannus l. c. T. IV. p. 51. atque in hanc sententiam concipiendam ducit amicitia quoque cum C. Gracclio juncta. Videntur praeterea Junia et Sempronia gentes necessitudine conjunctae fuisse. Plutarchus in v. T. G. c. 21 refert: *Λαβόντες δὲ τὰς ψήφους, εἵλοντο Πόπλιον Κράσσον, οἰκεῖον ὄντα Γράκχῳ· θυγάτηρ γὰρ αὐτοῦ, Λικιννία, Γαΐῳ Γράκχῳ συνῴκει. Καίτοι Νέπως ὁ Κορνήλιος φησίν, οὐ Κράσσου, Βρούτου δὲ τοῦ θριαμβεύσαντος ἀπὸ Λυσιτανῶν, θυγατέρα γῆμαι Γάϊον· ἀλλ' οἱ πλείους, ὡς ἡμεῖς γράφομεν, ἱστοροῦσιν.* Cornelii Nepotis auctoritatem non haesitabundus Plutarcheae anteponerem, nisi obstaret Dig. l. 24. t. 3. l. 66. (Javolenus lib. 6. ex Posterioribus Labeonis): „Ea sententia Publii Mucii est: nam is in Licinnia Gracchi uxore statuit, quod res dotales in ea seditione, qua Gracchus occisus erat, perissent, quia Gracchi culpa ea seditio facta esset, Licinniae praestari oportere.“ V. Plut. in v. C. G. c. 17. Nunc ambiguus haereo; Cornelius enim Nepos Gracchorum aetati propior est, qui prorsus irrita retulerit. Sempronia contra nupserat D. Junio Bruto, Gallaici illius filio, a. u. c. 676. cum M. Aemilio Lepido consuli, quam tamen certum est non fuisse e familia Gracchorum. V. Sall. b. C. 24, 4. 25. 40, 5. Drumann. l. c. T. IV. p. 8.

Sed ad locum Plinianum redeamus, quo omnis

nostra de vita Junii notitia nitatur, et unde alia probabiliter possint derivari. Primum apparet Junium circa a. u. 630. floruisse. v. Niebuhr. H. R. T. I. p. 277. T. 2. p. 12. Drumann. l. c. T. IV. p. 1. Deinde superstitem fuisse C. Graccho probant Plinii verba: „idque duravit ultra C. Gracchum. Junius certe qui ab amicitia ejus Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis.“ Neque adversantur scriptorum testimonia de sorte partium Gracchanarum. Quanquam cum C. Graccho tria millia (Plut. c. 17.) aut, quod ad veritatem propius accedit, ducenti quinquaginta (Oros. V, 12.) occubuerunt, tamen supererant amici et clientes, in quos habitae sunt crudeles quaestiones. Vellei. II. 7. §. 3. Appian. 1, 26. Sall. b. J. 16, 2. 31, 7. Val. Max. VI, 3, 1. IX, 12, 6. Oros. 1. c. Non recte vero Rubino l. c. p. 321. his Gracchanum quoque obnoxium fuisse opinatur. Nam crudelitatis vocabulum, quo haec judicia Vellejus appellavit, non erraverim, si ad supplicia decreta pertinere dicam. Attamen ex sententia Rubinonis haec illata injuria perpulit Gracchanum ut scriberet ea, quae servavit nobis Ulpianus in Dig. l. 1. t. 13. Mihi magis veri simile est, Junium exilio salutem petivisse, accedente Sallustii testimonio b. J. 42, 4.: „Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa multos mortalis ferro aut fuga exstinxit.“

Quum Juniorum nullo cognomine insignium circa extrema reipublicae tempora haud raro fiat mentio, vv. dd. accuratius eos describere conati, uni et alteri cognomen Gracchani addiderunt, atque id factum esse fere minus miror, quam quod non factum est saepius. Quippe omnia, quae contulimus de vita Junii Gracchani adeo exilia sunt, quae temporum ratione servata ad alios multos Junios possint transferri. Multo majorem igitur facessit operam, quem divinando quis Gracchanum dixit, tralaticio illo cognomine orbare, quam ad alios propagare illud denuo.

Cic. pro Quint. 1. §. 3.: „Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M. Junius, qui hanc causam, Aquilli, aliquoties apud te egit, homo et in aliis causis exercitatus, et in hac multum et saepe versatus, hoc tempore abest, nova legatione impeditus.“ Ernestius in clav. Cic. ed. a. 1739. ad hunc locum: „Passeratius, inquit, de illo Gracchano Junio interpretatur, nescio qua ratione inductus. Temporis saltem rationi non repugnat.“ In quibus bis falsus est v. d. Passeratius enim, quem nullo libro addito, citavit, alia prorsus dicit ad Cic. pro Quint. in ed. Graev.: „Hunc M. Junium Cicero III. de legibus sodalem suum appellat, qui scripserat ad patrem suum de potestate et jure magistratuum.“ Idem vero Passeratius quia

ad Cic. de leg. III, 20. Junium illum Gracchanum esse, neque probavit, neque fortasse in animo habuit demonstrare, sed conjecerunt id alii, immerito ejus rei auctor vocatur Ernestio. Alio autem loco hanc sententiam ab eo esse prolatam ne credamus vetat praef. Graevii. p. 18.: „Accipis etiam ex Joannis Passeratii, Doctoris Regii Parisiensis nobilissimi et magni nominis disputationibus Academicis manu exaratis excerpta in orationes pro Quintio, pro Roscio Amerino, pro Caecina, pro Murena, pro Flacco, pro Archia et in Vatinium. Ex his ea tantum selegi, quae faciebant ad illustrandum Ciceronem, aut Latini sermonis subtilitatem et elegantiam, cujus erat peritissimus, explicandam. Reliqua quae quidem utilia sunt tyronibus, sed quae in tanta luce literarum nunc edi nollet sane Passeratius, omisi.“ Ernestii error per omnes clavis Ciceronianae editiones propagatus est et irrepsit adeo in Onomasticon Tullianum Orell. v. M. Junius T. 2. p. 316. Orationem pro Quintio Cicero habuit a. u. c. 672. C. autem Gracchus, cujus aequalem Junium Gracchanum fuisse comperimus, occubuit. a. u. c. 632. annos natus triginta tres. Junius igitur fuisset septuagenarius, operamque dedisset rebus forensibus, crebrisque simul vacasset legationibus, quod parum habet probabilitatis. Atque hoc senserunt ante nos F. C. Wolfius (Neue Sammlg. auserlesener Reden d. M.

T. Cicero. Altona. 1823. T. 1. p. 75.) et Drumannus l. c. T. IV. p. 51. n. 57.

Cic. de leg. III. 20. 47.: „Faciendum tibi est, ut, magistratibus lege constitutis de potestate, tum de jure disputes. *M.* Faciam breviter, si consequi potuero: nam pluribus verbis scripsit ad patrem tuum M. Junius sodalis perite, meo quidem judicio, et diligenter.“ Multum sane hinc petere liceret, si quidem certo demonstrari posset, M. Junium esse Gracchanum. Quod quo difficilius est, tanto proclivius dd. vv. in hanc sententiam videmus delatos. Turnebus in commentar. ad h. l. p. 743. ed. Moser. et Creuzer.: „M. Junius. Hujus commentarios, qui ut reor de jure et potestate magistratuum erant, citat Varro his verbis (l. V. l. L. pag. 64.). Hoc modo inveni in M. Junii commentariis. Hic est qui Gracchanus, ut opinor, nominabatur. Plinius (lib. XXXIII. §. 9.) Junius certe — equites vocant.“ Huic adstipulati sunt Wyttenbachius ap. Moser. p. 474, Fabricius in bibl. lat. T. III. p. 488. l. IV. c. 6. G. F. Wagnerus in ed. Cic. de leg. p. 184. Drumanni sententiam de hoc M. Junio perspicere non licet, quoniam nulli Junio Ciceronis locus adscriptus est. Sed quemadmodum in agnoscendo Junio Gracchano dd. vv. consentiunt, sic eorundem judicium discrepat de sodalis appellatione. Wyttenbachio verisimilius visum est, esse cognomen familiae, quam muneris et ordinis eque-

stris. Utinam v. d. aliquod firmamentum huic opinationi paravisset. At rarissimum est cognomen Romanis, et fortasse omnino non fuit, unicum quippe exemplum suppeditat lapis Gruter. p. 987. n. 14. C. PAPIRIUS. C. L. SODALIS. SIBI. ET. ELONIAE. MVRRIAE. UXORI. V. V. Quo autem jure ordinis equestris esse possit significatio, non video. Turnebus p. 744. haec: „Cui familiaritas et sodalitas cum Attici patre intercedebat, nisi quis sodalem dici putat propter amicitiam Gracchi. Illud alterum verius puto.“ Wagnerus contra p. 184: „Sodalis tanquam appellativum ad sodalitatem patris Attici commode referri non potest; adjici enim debebat ejus: sed propter amicitiam Gracchi, ut Gracchanus, ita ab aliis sodalis, novo cognomine, ut saepe, ex fortuita re, etiam invidiae causa, addito, adpellatus esse videtur.“ Ernestius in cl. Cic. v. M. Junius Gracchanus.: „Si nomen appellativum est, non dubito quin sit de amicitia cum Attici patre capiendum. Sic pro Mur. 27. Servius Sulpicius, sodalis filii scil. Murenae. Nisi quis forte dignitatis nomen putare velit a collegio aliquo, cujus sodalis fuerit, tanquam Epulonum.“ Orellius ad Cic. de leg. l. c.: „Sodalis quasi sit cognomen. G. cfr. Ern. et Sch. Ind. Histor. in M. Junius. Sed locus Murenianae c. 27. ab Ern. ipso allatus, rem conficit, ut h. l. quoque sodalis sit appellativum.“ Nostrum locum aliter lectum esse Passe-

ratio, atque nunc scribi solet, patet ex verbis ejus supra allatis, quam lectionem (*ad patrem suum*) exhibent ap. Orell. l. c. tres libri editi veteres (l. Ju. V.). Recte observat Doederlinus in Syn. T. IV. p. 206. sodalis vocabulo nunquam rei cujusdam genitivum, semper vero addi personae, id quod non praeterit Wagnerum, et loco Murenianae confirmatur. Equidem mihi persuasi, vocabulo sodalis sodalicii cujusdam aut collegii notionem contineri, neque ignoro addito plerumque adjectivo certius indicari munus et sacerdotium, ut lapidum plurima exempla testantur. Sed quae in publica memoria non poterat abesse significatio, eam Cicero commode in familiari sermone praetermisit. Neque tamen ullum Junium investigare potui, ad quem nomen sodalis tuto referatur; M. enim Junius Brutus, Caesaris percussor, augurum quidem collegio interfuit, (v. Drumann. T. IV. p. 19. n. 44.) sed neque ad suum, neque ad Attici patrem scribere potuit, qui, quantum ex Corn. Nep. Att. c. 2. judicare licet, a. u. c. 665. jam fatis functus erat. Verba Ciceronis: „faciendum tibi est, ut, magistratibus lege constitutis, de potestate, tum de jure disputes“ habent aliquam vim ad commovendam cogitationem librorum de potestatibus Junii Gracchani, sed tamen praestat cautum esse et doctiori rem dijudicandam permittere.

Notandus est denique error Delrii, qui, quum

in Synt. trag. Lat. Antw. 1593. T. I. p. 21 scribat: „Junius Gracchus, qui, auctore Terentiano, Thyestem docuit; unde Ovidius: Cum Varius Gracchusque darent fera dicta tyrannis“ Junium Gracchanum cum Gracchi tragici poetae persona videtur confudisse, de quo diligenter more suo egit Weichertus Exc. VI. ad Luc. Var. vit. p. 168. sq. Etenim apud Varronem Delrii tempore legebatur etiamtum Junius Gracchus (ed. Bip. T. 1. p. 60.).

II.

De Junii Gracchani scriptis dicturo latior paulo patescit campus, divinandi et conjectandi opportunitate data ex iis, quae aetatem tulerunt reliquiis. Habetque quo se commendet et allicere possit qui in toto hoc genere positus est labor, quod dispersa colligentis et considerantis animo integritatis pristinae cogitatio ultro suboriatur. Sed ne pro certis ambigua dedisse videamur, ordiendum est ab iis, quae ipsius antiquitatis testimonio firmata sunt.

Unius libri Juniani index ad nos pervenit, servatus ab Ulpiano (lib. sing. de officio quaestoris) in Dig. l. 1. T. 13.: „Origo quaestoribus creandis

antiquissima est et paene ante omnes magistratus. Gracchanus denique Junius libro septimo de potestatibus etiam ipsum Romulum et Numam Pompilium binos quaestores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent, refert." quicum consentit Jo. Laur. Lydus l. de mag. 1. 24. ed. Fuss. p. 45. Ulpiani verba sic Graece reddens: Ἰούνιος τοίνυν Γραγχιανὸς ἐν τῷ περὶ ἐξουσιῶν. Potestatis autem vocabulo quae notio subsit docet Paulus Diaconus p. 50. ed. Muell.: „Cum potestate est dicebatur de eo, qui a populo alicui negotio praeficiebatur." Inter recentiores vero maxime omnium satisfacit Rubino. l. c. p. 374. annot.: „Das Verhaeltniss der potestas zum imperium moechte dahin zu bestimmen seyn, dass das erstere der allgemeinere Ausdruck ist, welcher das Imperium einschliessen, aber auch ausschliessen kann. Potestas ist die Faehigkeit zu handeln, und im politischen Sinne die Befugniss, Handlungen im Namen des Staates vorzunehmen, welche fuer diesen Gueltigkeit haben; die strenge Botmaessigkeit ueber die Buerger kann hierunter begriffen seyn, wie sie denn auch bei der Potestaet der meisten hohen Magistrate damit verbunden war; in ihr nothwendig enthalten, wie in dem speciell dafuer bestimmten Ausdrucke imperium, war sie aber nicht." cf. Kritz. ad Sall. b. C. 38, 1. p. 177. ad C. 3. 1. p. 13. 63, 5. 85, 9. Adde censorem in

Annal. Zim. a. d. 1835. p. 556. Doederl. Syn. T. V. p. 82. sq. Ramshorn. Syn. T. II. p. 394. sq. Non assequor tamen Benfeium in Jahnii annal. nov. 1832. vol. VI. fasc. 3. p. 300. scribentem: — „man versteht, wie z. B. die Consuln imperium, potestas und magistratus zugleich hatten, die Aedilen nur potestas und magistratus, die Tribunen nur potestas, eben so Vaeter und Herren; eine Menge Beamte endlich nur magistratus.“ Tribunos enim fuisse magistratus, etsi non populi, tamen plebis testatur Liv. II. 56. 12. (cf. interpp.); quo autem modo quis possit esse magistratus sine aliqua potestate velim edoceri. Mihi Junius apte potestatis vocabulum elegisse visus est, commune illud, quo omnium magistratuum jus complecteretur. Transiit haec vox, ut aliae a primaria significatione ad ipsum munus denotandum, quocum conjuncta fuit, (Cic. in Verr. II. 2. 55. disp. Tusc. 1. 30. 74. de leg. III, 3. 7. III, 7. 17. Corn. Nep. Cat. 2.) deinde translata est ad personam ejus, qui tali munere fungeretur. (Juven. X. 100. Lucan. III. 106. Commode Haasius ad Reisigii l. c. comparat Italorum podestà. p. 131. n. 145.) Itaque nihil inusitati habet numerus pluralis, quo et munera et qui muneribus funguntur, nuncupantur, quamquam bene monet Haasius, notionem abstracti et concreti non adeo coaluisse, nullum ut cogitati vestigium superesset. (Cic. de leg. III, 3. 9. de leg. agr. II. 6. 14.

II. 7. 17. de am. 17. 63. pro Font. 12, 27. Corn. Nep. Pelop. 1, 4. Phoc. 1. 2. Suet. Claud. c. 23.) A qua Romanorum consuetudine plane non recedit Graeca vox *ἐξουσία*, nisi quod *ἐξουσίαι* magistratus audiunt saepius serioris aevi scriptoribus, quibus Byzantii accensentur, quam auctoribus probatae dictionis. cf. Cangii glossar. med. et inf. graec. T. I. p. 406. sq. Ejusd. glossar. lat. T. V. p. 665. sq. Steph. Thes. l. g. p. 3580. Ad vim Latinae vocis tamen propius accedit *ἐξουσία* quam *ἀρχή*, quo plane magistratus notio redditur. Quomodo Junius in argumento illo elaboraverit, parum liquet, propter reliquiarum exilitatem, nihil enim colligi potest ex verbis Lydi prooem. p. 2. ed. Fuss. — *ὥστε ὑπόλοιπον περὶ πῶν πολιτικῶν ἀφηγήσασθαι ἐξουσιῶν, καθότι ἀπὸ ἱερατικῆς τάξεως ἐπὶ τὸ πολιτικὸν μετεφύησαν σχῆμα. μὴ οὖν ἡμᾶς ἀλλοίους πρὸς τὰ πάλαι δοθέντα κρίνοι τις, πλὴν εἰ μὴ τυχὸν ἀπηχὲς λογικῆς ἀσφαλείας ὑφιστάμενος φθόνῳ τὸν ἔπαινον μεταβάλοι· ὅτι δὲ καὶ Γραχχιανός τις πάλαι περὶ τούτων ἔγραφεν ἴσμεν τοὺς νομογράφους ἀναφέροντας· οὐδαμοῦ δὲ τὰ γραφέντα φέρεται ἴσως αὐτά, πάντως δὲ καὶ αὐτὰ τοῦ χρόνου τεκόντος ἅμα καὶ κρύψαντος.* In his verba *περὶ τούτων* non pertinere ad sententiam enunciati prioris, sed tantum ad *πολιτικῶν ἐξουσιῶν* per se consentaneum est, et fiet dilucidius, quando dixero de fonte, unde Juniani libri notitiam Lydus hausisse putandus est. Itaque ne

hoc quidem constat, quo sensu de potestatibus Junius egerit, utrum sola magistratuum jura respiciens, an generatim de magistratibus disserens. Rubino. p. 318. Madvig. Emendat. in Cic. lib. de leg. et academ. p. 106.

Haec de argumento operis Juniani sufficiant; quid enim juvat conjecturis parum stabilibus exilitatem nostrae scientiae locupletare? Attamen non praetereundus est, qui speciosam de his libris sententiam protulit, Rubino. l. c. p. 320. cujus haec verba sunt: „Seine Schrift, die nicht bloss einen geschichtlichen, sondern vornaemlich einen practischen Character hatte (Vergl. Cic. de leg. III, 20, 49. Gell. XIV, 8.), ist in der Zeit einer grossen Aufregung entstanden, in welcher Junius entschieden Parthei genommen hatte: man nannte ihn den Gracchaner, was seine politische Farbe ausdrucksvoll genug bezeichnet; er gehoerte daher zu einer Schule, welche geneigt sein musste, den Grundsatz der Volkssouverainetaet auch historisch in jeder nur scheinbaren Spur zu erkennen.“ Primum tenendum est, non plus semel libri illius indicem reliquiis adscriptum legi, neque harum indolem eam esse ut necessario unius corporis fuerint. Deinde non liquere quo tempore Junius libros de potestatibus confecerit, quum tantum verba apud Plinium servata post mortem C. Gracchi scripta esse constet. Recte quidem v. d. histori-

cam rationem Junium secutum esse ex ipsis reliquiis cognovit, sed de reliqua opinione secus judico.

Romanorum ingenium, quin ad res gerendas potius, quam ad literarum studium pronius fuerit, nemo unquam dubitavit, neque non apparet ex ipsis literis Romanis. Has enim qui cum Graecis comparaverit, quanto discrimine distent, sponte intelliget. Quis autem non videt, ea praesertim genera culta fuisse, quorum aliquod in vita forensi, bellica, domestica esset momentum? atque in his eam rationem secutos esse auctores, ut utilitatem doctrinae anteferrent? Itaque non immerito dixerit aliquis literas Romanas ita comparatas esse, ut indoles rebus gerendis facta inde elucescat. Ab hac igitur parte expers esse debeat reprehensionis Rubinonis sententia. Sed aliud haud dubie v. d. voluisse loci adscripti, quamquam obscurius, ostendunt. Apud Ciceronem l. c. praecedunt haec: *Att.* Quid? De jure populi Romani, quemadmodum instituisti, dicendum nihil putas? *M.* Quid tandem hoc loco est, quod requiras? *Att.* Egone? Quod ignorari ab iis, qui in republica versantur, turpissimum puto. Nam ut modo a te dictum est, leges a librariis lego: sic animadverto, quosque in magistratibus ignoratione juris sui tantum sapere, quantum apparitores velint.“ Deinde facta mentione operis a M. Junio ad Attici patrem scripti, proclivis est sententia, hoc ejusmodi fuisse, quod illi

incommodo subveniret. Verum enim vero probandum erat, quod nos desperavimus, M. illum Junium non differre ab Junio Gracchano. Deinde id sciri volo: quamobrem queratur Atticus, magistratus ita omni auxilio destitutos, ut ad apparitores confugiant, quum tamen liber scriptus extaret, et quidem diligenter et perite scriptus, qui in omnium manibus esse debebat? Apud Gellium l. c. de controversa quaestione, an praefectus urbi Latinarum causa creatus jus senatus convocandi consulendique habuerit, Junii, M. Varronis aliorum sententiae proponuntur. Et argumentum quidem tale est, ut optimo jure libris de potestatibus possit vindicari. Sed liceat monere, Junii nomen legi emendatum a Ludovico Carrione (Emend. L. 1. c. 19. in Gruteri lamp. crit. T. III. p. 126. sq.) ex veteribus libris, ut ipse asseverat, quum antea Mucii nomen exaratum esset. Sunt igitur infirma et minimum ambigua Rubinonis documenta. At enim potuit v. d. suae opinionis firmamentum aliquod aliunde petere. Quum omnis vitae Romanae ea ratio esset, ut quisque usu disceret, quibus opus erat in rebus administrandis, nemo tamen prorsus imparatus accedere posset ad munera gerenda, invaluit mos, quo juvenes vitam publicam auspicantes, sese traderent institutioni virorum doctrina experentiaque insignium, quorum consuetudine et sermone cognitu necessaria pernoscerent. Sed ea disciplina neque omnibus

contigit, neque ab omni parte satisfecit. Hinc ortum est singulare quoddam scribendi genus, cujus idoneum exemplum offert Gellius XIV, 7.: „Cn. Pompejus consul primum cum M. Crasso designatus est; eum magistratum Pompejus quum initurus foret, quoniam per militiae tempora senatus habendi consulendique, rerum etiam expers urbanarum fuit, M. Varronem familiarem suum rogavit uti commentarium faceret εἰςαγωγικόν (sic enim Varro ipse appellat,) ex quo disceret, quid facere dicereque deberet, quum senatum consuleret. Eum librum commentarium, quem super ea re Pompejo fecerat, perisse Varro ait in literis, quas ad Oppianum dedit: quae sunt in libro epistolicarum quaestionum quarto, in quibus literis, quoniam quae ante scripserat non comparebant, docet rursum multa ad eam rem ducentia.“ Non video cur Drumannus T. IV. p. 382. id ostentationis causa a Varrone Pompejum petivisse scribat; mihi contra persuasi, idem apud Romanos factum esse saepius, unde libri isagogici originem traherent. Eadem sane res ansam dedit quaestionibus epistolicis vel per epistolam quaesitis. v. Gell. VII, 10. XII, 13. Nostra vero sententia confirmatur eo, quod inde ab initiis fere literarum Romanarum idem argumentum est tractatum. Quum anceps sit quaestio de L. Cincio Alimento, nolo huc referre librum ejus de consulum potestate, cujus

meminit Festus v. praetor. p. 241. ed. Muell. Cassius autem Hemina, qui a. u. c. 608. vixit, de censoribus libros confecerat, quorum secundum Nonius commemorat. v. moliri. p. 346, 20. ed. Merc. Eum locum Krausius perperam annalium secundo tribuit. p. 159. Ex nostra sententia aliquod fortasse momentum accedit dijudicandae quaestioni, sitne idem intelligendus L. Cassius censorius ap. Interp. Maii ad Virg. Aen. II, 717. v. Kraus. p. 166. ann. C. Sempronius Tuditanus, qui a. u. c. 625. consulatum gessit, composuit libros magistratuum minimum tredecim. Macrob. Sat. I, 13. p. 275. reliquiae vero ap. Gell. XIII, 15. Messalae auguris orationi insertae ostendunt, de potestate praetoris eum locutum esse. Krause. p. 179. Eandem materiem attigerunt libri de auspiciis Messalae, Gell. XIII, 15. et omnino augurum Romanorum de auspiciis libri. Gell. XIII, 14. Veranii liber auspiciorum de comitiis. Fest. v. Referri diem p. 289. Commemorandus est liber Nicostrati de senatu habendo Fest. v. Senacula. p. 347. Multa id genus inerant Varronis libris rerum humanarum Gell. XIII. 13. (v. reliq. coll. in ed. Bip. T. 1, p. 204. sq.). Quorum librorum, si quis ad Caesarum Romanorum tempora se convertit, uberiorem copiam reperiet. Nunc sufficit monuisse Junium Gracchanum non primum in hunc campum descendisse, sed habuisse in eodem ar-

gumento qui praeiverant et secuti sunt. Verisimile est nonnullis horum librorum auctoribus propositum fuisse, ut ambiguas de jure magistratuum quaestiones dirimerent, inservirentque iis, qui usu et experientia destituti publica munera capessebant. Num eadem prorsus indoles fuerit Juniaui operis, dubito. Si quis data opera de consulis potestate, deque senatu habendo disserit, id agere videtur, ut eorum hominum commodo prospiciat, quibus eae provinciae obtigerint. Verum ubi de magistratibus et potestatibus generatim quis scribere instituit, prolixior hic et uberior dicendi locus aliud auctoris consilium indicat. Altera causa posita est in erudita specie, quae in omnibus Junii reliquiis conspicitur, neque Rubinonem latebat. p. 319. (die ganze Untersuchung war vielmehr eine gelehrte.) Unde verisimile est, auctorem diu ac libenter in argumento versatum esse, ut sibi satisfaceret, doctrinaeque reconditioris thesauros promeret potius quam aequalium commodis prospiceret. Denique quod Junium Rubino asseclam facit scholae, quae populi potestatem quovis modo historicis argumentis probare studuerit, eam sibi sententiam v. d. informavit ex uno Ulpiani loco, de quo disserendi in reliquiarum interpretatione opportunior erit copia.

Eruditionis autem genus, quod prae se ferunt reliquiae Junii, dignum est ut accuratius perspi-

ciatur. Cernitur id in illo conatu, quo verborum potestates ex originatione deducere et indagare radices nititur. Itaque necessario verba facienda sunt de grammaticis illius aevi studiis. Hanc artem, ut omnino literarum primordia, Romam ex Graecia translatam esse, tanto minus dubitari potest, quo id apertius Romani fatentur. Solet autem grammaticorum agmen ducere Crates ille Mallotes, ab Attalo rege ad Senatum missus a. u. 586., quem non solum Graecae linguae sed etiam Latinae doctrinam professum esse probabiliter conjecit Lerschius. l. c. T. 1. p. 112. Recte tamen Stahrius (Aristoteles bei d. Römern p. 7. sq.) observavit, insignem vim et eventum, quem in animos Romanorum tres illi philosophi ex Graecia a. u. 599. advenae habuerunt, non posse intelligi, nisi et lingua Graeca et studiis rhetoricis jampridem imbuti fuissent Romani. Cui rei profecto non sufficit tredecim annorum spatium, quod ex Cratetis legatione praeterlapsum erat. Verum ad ipsum auctorem libri de illustribus grammaticis pervenerat fama, jam antiquissimos poetas semigraecos ejus artis fundamenta posuisse. Crates autem multos habuit imitatores, qui haud dubie Graecam doctrinam ad patrium sermonem transtulerunt. Mox Romani quum terram Graeciam suis finibus includere coepissent, artis illius gratia et cura increvit. Simul ea tempora venerunt, ubi antiqua gravitas

et simplicitas Romana conflictari coepit cum ea eruditione et vita, quae extrinsecus allatae in urbe sedem fixerant. Quae partes per omnes vitae condiciones conspicuae in literis quoque bifariam divisos homines ostendunt. In grammatica quoque arte, quae ita animos occupaverat, ut nobilissimus quisque ei operam daret, haec bipartita studia elucent maxime ex eo loco, quo verborum origines et cognationes perpenduntur. v. Lersch. Sprachph. T. 1. p. 93. Probabile est, Graecos illos magistros, ut erat gloriae studiosa illa gens, id sedulo quaesivisse, ut Latinae linguae matrem et genitricem Graecam declararent, quemadmodum Latinum populum Graecis parentibus prosatum Romanis persuaserant. Hujus conatus exempla continent inprimis glossematorum scriptores (Fest. s. v. naucum. Varro l. L. VII, 11. qui glossas scripserunt, VII. 34. qui glossemata interpretati, VII, 107. glossema subscribunt), quorum memoriam nuper Lerschius instauravit. Sprachphil. T. 1. p. 111 sq. Sed v. d. quum partes illas agnoscat quidem neque tamen dilucide exponat, juvabit nonnulla ad eam quaestionem conferre. His scriptoribus annumerat (Annal. Zimm. a. d. 1839. p. 99.) Cincinm et Catonem historicos, Aurelium Opilium, Aelium Stilonem, Santram; sed priorum nomina de eadem re disserens loco altero praetermisit, et Cincium quidem, ut mihi videtur, prudenter, quippe de quo statuere

impeditum sit, ut, donec certius aliquid exploratum fuerit, melius excludatur. Quod ad reliquorum aetatem attinet, recte v. d. l. c. et in Annal. Zim. a. d. 1839. p. 339 eos Varroni aut aequales aut paulo majores dicit. Solet enim Varro, quac est observatio Muelleri. p. 39 ad V, 98. perraro aequalium testimonio uti. Sed ut de iis primum dicamus, qui Latinas voces ex fonte Graeco derivarunt, inter quos haud dubie fuit Santra, cujus nomen adeo, ut in Graecis fieri solet, ita nude positum, Graecum hominem redolet, praetermissam videmus duorum virorum memoriam, Hypsicratis dico atque Cloatii Veri. Illius meminit Varro l. L. V. 88. p. 34. Muell. „Cohors, quae in villa, quod circa eum locum pecus coerceretur: tametsi cohortem in villa Hypsicrates dicit esse Graece *χόρτον* apud poetas dictam" et disertius Gellius XVI, 12. „Hypsicratem quempiam grammaticum, cujus libri sane nobiles sunt super his, quae a Graecis accepta sunt." Ab eodem non magno temporis intervallo sejunctus videtur Cloatius Verus, quem citat Festus v. Molucrum p. 141, 25. Obscum, p. 189, 25. Obstitum p. 193, 4. Piacularis porta p. 213, 29. Subuculam p. 309, 26 (*Sa*-crima. p. 318, 24. *Clo*-atius) et plenius Macrobius Sat. II, 14. p. 400: „Cloatius autem Verus in libro a Graecis tractorum ita memorat: Juglans: di praetermissum est, quasi diiuglans id est *διὸς βάλανος*." Id. Sat. II, 14. p.

402: „Nux Graeca haec est quae et amygdale dicitur, sed et Thasia eadem nux vocatur. Testis est Cloatius in ordinatorum Graecorum lib. 4. Cum sic ait: Nux Graeca amygdale." ubi Scriverius legi maluit originationum Graecarum, ut in his: Macrob. Sat. II, 15. p. 404. II. 15. p. 405. II. 16. p. 406. III. 6. p. 426. Si horum virorum aetatem quaerimus, patet, Hypsicratem Varroni aut aequalem fuisse, aut eodem et Cloatio Vero, qui ejus nomen laudat, paulo superiorem. v. Gell. XVI, 12. Ab altera parte steterunt, i. e. Latino solo procreatas voces contenderunt Aurelius Opilius (v. Lersch. in Annal. Zimm. 1839. p. 339. sq.), Gavius Bassus (Id. ibid. 1840. p. 110. p. 108.) Nunc uberrimus horum studiorum fons supersunt libri de l. L. Varronis, qui tamen, ut par erat, mediam viam ingressus est, alia Graecae originis esse vocabula concedens, alia et quidem plurima Latinae vindicans: nam etymologiae ars, ut utar verbis Muelleri p. 269., totum Varronem sibi mancipaverat, atque omnem ejus doctrinam sapore suo imbuerat. Sed aegre fere ad Graecum sermonem se convertit, quando domestica originatio ipsi non sufficere visa est (V, 106. nisi si a Graecis. VII, 94. Potest vel a graeco dictum *κλέπτειν*.) ita ut graecissantibus interdum adversatum esse appareat. (Gell. XVI, 12.) Itaque satis opinor demonstratum est, et Varronis aetate, et ante Varronem ejusmodi quaestiones doctos Romanos exer-

cuisse. Junii autem Gracchani reliquiae et Latinas et Graecas vocabulorum originationes suppeditant, attamen sunt pauciores, unde certo colligi possit, quam maxime secutus fuerit rationem. Graecos autem magistros tunc temporis Romae fuisse, documento sunt, qui C. Gracchum erudiebant. (Plut. v. T. G. c. 8. Cic. Brut. 27, 104. de am. 11, 37.) Neque tamen Junius ejus eruditionis prima exempla subministrat, sed illius rationis quaedam vestigia exhibent libri originum Catonis. (v. Serv. ad Aen. X, 184. Priscian. IX. p. 871. Fest. v. Posimerium. Auct. de orig. g. R. 15, 5. Serv. ad Aen. VIII, 638. Plin. H. N. VIII, 5.) annales Postumii Albini et Lutatii (Serv. ad Aen. IX, 710.), L. Calpurnii Pisonis (Serv. ad Aen. X, 76. Varro de l. L. V, 149. Varr. de l. L. V, 165. Macrob. Sat. III, 2. Arnob. adv. gent. III, 38.), Cassii Heminae (Serv. ad Aen. VII, 631.), C. Sempronii Tuditani (auct. de orig. g. R. 10, 4), Coelii Antipatri (Serv. ad Georg. II, 197. Serv. ad Aen. X, 145), Cn. Gellii (Serv. ad Aen. VIII, 638.)

Num plures confecerit Junius libros nemo veterum tradidit et est difficile dictu. Junium velut umbra comitatur Fulvius. Varr. de l. L. VI, 33. p. 86. Censorin. de d. n. p. 147. c. 20. Id. c. 22. p. 163. Id. c. 20. p. 148. Macrob. Sat. 1, 13. p. 275. quos locos omnes Krause p. 126. refert ad fastos M. Fulvii Nobilioris, qui Catonis censorii

aequalis fuit. Verissime. Inde apparet, quam male in cod. B Varronis legatur *Fulvius Flaccus*, quod tamen placuit Carrioni. l. c. p. 127. (v. Speng. praef. p. 2.) Adde Lyd. de ostent. II. p. 292, 10. ed. Bekk. Φούλβιος ubi in versione: Fulvius Nobilior. v. Voss. de histor. Lat. 1, 5. p. 23. Hinc probabile est, Junium ejusdem argumenti librum composuisse, sed asseverare nolim, quum profecto reliquiae tales sint, ut in opere minimum septem libros amplexo aliquem sibi locum vindicare possint neque res ita abhorreant, quae nullo modo cum argumento consociari queant. Uberrima quippe de magistratibus disserenti oblata est opportunitas in omnes populi Romani antiquitates exspatiandi.

Jam ut videamus, qua auctoritate inter populares Junius fuerit, facit Rubino p. 319, qui non magnam ei fidem tributam esse censet, quum plerumque sententia ejus explosa sit et rejecta. Verum is, cujus sententiam refellendi causa proponimus, vel ideo aliquam auctoritatem nactus videtur, quod dignus sit, qui erroris convincatur. Deinde quamvis Junius vix semel et iterum suam sententiam aliis probarit, inde non sunt multa colligenda. Fieri enim potuit, ut nos eos tantum locos teneamus, quibus reprehensus est, deperditis iis, ubi consensu laudabatur, et fortasse non plures digni erant reprehensione.

Verum hoc loco nonnihil dicendum est, de

fatis, quae Junii scripta subierint. Etsi nemo veterum de ea re quidquam tradidit, possumus tamen quaedam augurari ex ea scriptorum serie, qui Junii reliquias ad nostram aetatem propagarunt. Horum antiquissimi sunt M. Terentius Varro et C. Plinius Secundus, quos genuinos Junii libros habuisse, non est cur dubitemas. Varro enim, qui poetarum antiquorum carmina manibus versabat, non tanto temporis intervallo sejunctus erat, ut Junii scriptis careret. Deinde modus quo eum laudat, (Junius scribit) ostendere videtur, ab ipso libros lectos fuisse. Eadem Plinio fides tribuenda, qui diligentissimus librorum conquisitor ipsorum Gracchorum manus apud Pomponium Secundum annos fere post ducentos viderat. (H. N. XIII, 12. [26].) Censorinum autem, qui a. p. Chr. n. 238. Maximino et Gordiano imperantibus libellum suum confecit, utrum ipsis Junii libris usus sit, an aliunde ejus sententiam cognoverit, non ausim affirmare, quoniam nemo adhuc de fonte ejus et auctoritate diligenter quaesivit. Ad Macrobium, quem constituunt quinto seculo p. Chr. ineunte, regnante Theodosio minore, quum semel tantum mentionem faciat Junii, ejus notitia non libri pervenisse videntur. Ulpianus sub Septimio et Alexandro Severo i. e. seculo p. Chr. n. secundo extremo et ineunte tertio vixit. Junii de quaestoribus verba inserta sunt libro ejus singulari de officio quaestoris,

cujus unus locus, vel duo in Digesta sunt translati. (v. Zimmern. Gesch. d. roem. Privatrechts. p. 373. n. 28.) Ulpianus unde sua hauserit quamquam ambigo dicere, tamen crediderim eum Junii libros inspexisse, quum accurate septimum laudet, atque ejusdem libri de officio consulis, proconsulis, praef. urbi, praef. vigilum, consularium ostendant eum elaboravisse in argumento, cujus partes nonnullas haud dubie Junius tractaverat. Non minus implicata est quaestio de Jo. Laur. Lydo, qui Ulpiani de quaestoribus locum Graece reddidit de mag. 1, 24. ed. Bekk. p. 139. Nam nullum Junii librum eum vidisse, quis est, qui dubitet, post ea, quae ipse in praef. ingenue profitetur? Verum quum locus ille Ulpiani extet in digestis, versio autem Lydi non careat discrepantia, quaesiverunt Jcti, utrum Pandectis Justinianeis, an ipsis antecessorum integris libris usus fuerit Lydus. Quae quidem disquisitio dirimeretur facilius, nisi alios quoque locos digestorum exhiberet Lydus, non minore discrepantia, et eorum notitiam ostenderet, quae in illo corpore omnino desunt. Verum uti certum est, Lydum non habuisse libros Junii, sic mihi persuasi, quotquot loci ab eo versi Graece, in Digestis reperiuntur, eos inde sumtos esse, neque adiisse eum auctorum excerptorum opera. Permirum esset, si Ulpiani libris illis integris uti licebat, qui profecto complura ex Gracchano deri-

vata continebant, tamen hujus scriptoris, qui summi momenti Lydo esse debebat, unum tantum locum in suum opus transtulisse. Sic Junii Gracchani memoriam ad Justinianum usque videmus propagatam, cujus tamen libri post Ulpianum videntur intercidisse.

DE JUNIO GRACCHANO

COMMENTATIO.

PARTICULA II.

SCRIPSIT

ET

AUCTORITATE AMPLISS. PHILOSOPHORUM ORD.

IN

UNIVERSITATE LITERAR. DORPATENSI

GRADUS

MAGISTRI PHILOSOPHIAE

RITE OBTINENDI CAUSA

PUBLICE DEFENDET

LUDOVICUS MERCKLIN,

PHILOS. CAND. ET IN UNIV. LIT. DORP. PRIV. DOC.

DORPATI, MDCCCXLI.

TYPIS HENRICI LAAKMANNI.

IMPRIMATUR

haec dissertatio sub conditione, ut simulac typis excusa fuerit, quinque exemplaria collegio ad libros explorandos constituto tradantur.

Dorpati mens. Dec. d. XII. a. MDCCCXL.

Dr. SCHMALZ,
h. t. Ord. Philos. Decanus.

III.

Junii reliquias ante Krausium collegit Dirksenius in libro, qui inscribitur: Bruchstücke aus den Schriften der Römischen Juristen, Königsberg 1814, quae num insint Majansii quoque commentationibus ad XXX. Ictor. omnia fragmenta, quae exstant in juris civ. corpore, affirmare nequeo, quia librum istum frustra quaesivi in hujus regionis bibliothecis. Ut appareat, quid nostrae collectioni accesserit, placet reliquiarum seriem per numeros significatam cum Krausii et Dirksenii ordine comparare.

	D.	K.
Libri de potestatibus.		
1. Ulpian. dig. 1, 13.		
Lyd. de m. 1, 29.	1	—
Incertae sedis reliquiae.		
2. Plin. h. n. XXXIII. 2, 9.	3	4
3. Varr. de l. L. V, 42.	6	—
4. Id. V. 48.	5	5
5. Id. V. 55.	—	6
6. Id. VI. 33.	4	7
Censorin. de d. n. c. 22	—	2

	D.	K.
7. Censorin. c. 20	—	—
8. Censorin. c. 20.	—	1
9. Macrob. Sat. 1, 13.	—	3
Incerta.		
10. (1) Varro de l. L. VI, 95. . . .	2	—
11. (2) Gell. N. A. XIV, 8.	—	—
12. (3) Fest. v. Publica pondera . .	—	—

Libri de potestatibus.

I.

Dig. 1., 13. Ulpian. libro sing. de off. quaest. ed. Gebauer-Spangenberg.

Origo quaestoribus creandis [1]) antiquissima est, et paene ante omnes magistratus. Gracchanus denique Junius [2]), libro septimo de Potestatibus, etiam ipsum Romulum et Numam binos quaestores habuisse, quos ipsi non sua voce, sed populi suffragio crearent refert. Sed sicuti du-

Lyd. de mag. ed. Fuss. 1., 24, pag. 45 sq.

Τὸ πιστὸν τοῖς γράφουσιν ἡ τῶν ἀρχαίων ἐπιτίθησι μαρτυρία. Ἰούνιος τοίνυν Γραγχιανὸς, ἐν τῷ περὶ ἐξουσιῶν αὐτοῖς ῥήμασι περὶ τοῦ καλουμένου παρὰ Ῥωμαίοις κυαίστωρος·

„*προεχωρήσαντο* [1])· *ψήφῳ τοῦ δήμου. Τοῦλος δὲ*

bium est, an Romulo et Numa regnantibus Quaestor fuerit: ita [3]) Tullo Hostilio rege Quaestores fuisse certum est [4]). Sane crebrior [5]) apud veteres opinio est, Tullum Hostilium primum in Rempublicam induxisse Quaestores. §. 1. Et a genere quaerendi[6]) Quaestores[7]) initio dictos, et Junius, et Trebatius et Fenestella scribunt. §. 2. Ex Quaestoribus quidam solebant provincias sortiri ex senatusconsulto, quod factum est Decimo Druso et Porcina [8]) Consulibus. Sane non omnes Quaestores provincias sortiebantur, verum excepti erant Candidati Principis [9]): hi etenim [10]) solis libris principalibus in senatu legendis vacant [11]).

ὁ ῥὴξ μετὰ τούτους ἀναγκαίαν εἶναι τὴν τῶν κυαιστώρων ἀρχὴν ἔκρινεν· ὡς τοὺς πλείους τῶν ἱστορικῶν αὐτῷ τὴν τοιαύτην προαγωγὴν ἀναγράψαι καὶ μόνῳ. Ἀπὸ δέ τῆς ζητήσεως οὕτως ὀνομασθῆναι αὐτοὺς Ἰούνιος καὶ Τρέβάτιος καὶ Φενεστέλα εἶπον.“ καὶ μεθ᾽ ἕτερα·

„πλὴν ὕστερον ἐξῃρέθησαν οἱ κανδιδάτοι τοῦ βασιλέως κυαίστωρες, οἳ πρὸς ἀνάγνωσιν τῶν βασιλικῶν γραμμάτων καὶ μόνην ἐσχόλαζον· οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ψήφους ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς βουλῆς ἀνεγίνωσκον ὑπὲρ τῶν εἰς ἀξιώματα προσαγομένων[2]).“

Ταῦτα μὲν ὁ Ἰούνιος. Ὁ νομικὸς δὲ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ de Officio Quaestoris (ἀντὶ τοῦ, περὶ κυαίστωρος) ἀποχρώντως διαλέγεται.

1) προεχειρίζοντο [Bekk.
2) Lego προαγομένων. Idem error in codice saepius recurrit. F.

1) Hal. *quaestoris creandi* GEB. 2) Hal. *Junius certe*

Gracchanus GEB. 3) Hal. inserit *a* GEB. 4) Hic *et* antique adscriptum inter versiculos, potestque confusum videri cum antecedenti *est*. Possumus carere hac particula, omnes tamen praeter Taurell. constanter exhibent BR. Etiam Hal. GEB. 5) Taur. *creVrior* GEB. 6) Confer. Sc. Gentilem in Origin. voce Quaestores. GEB. 7) Hal. Fenestella GEB. 8) Hal. in margine *al. Peccina forte v. Cecinna.* Vulg. *Decio Druso* BR. 9) Olim *Canidati principi.* Postea *s* intrusa BR. 10) Hal. *enim* GEB. 11) Hal. *vacabant* GEB.

V. codd. Erlangensis et Bambergensium duorum lectionis varietatem ap. C. Bucherum: Domitii Ulpiani quae in primum digestorum librum migrarunt fragmenta. Erlangae. 1818. p. 74. sq.

Ex quo primus Lydi editor hunc scriptorem satis crebra vituperatione restrinxit, moris est eundem ignorantiae, negligentiae, magniloquentiae arguere. Sed nemo, quantum cognovi, fretus codicis Caseolini notitia, quam Hasius exhibet in comm. de Jo. Lydo p. XLII — XLIV. ed. B. excusatione, quae alias in promtu esse solet, ab incuria librariorum petita, Lydum defendit. Sic eundem ob nostrum locum molliori brachio objurgare oportebat Creuzerum in Ant. Rom. p. 219. Nihil enim verbis *τὸ πιστὸν — μαρτυρία* inest, quo jubeamur exquisita prorsus exspectare. Veterum autem testimonia protulisse Lydum nemo negabit, quae, quum ipsorum opera jampridem intercidissent, necessario aliunde petebat. Nihil igitur

reprehensionis habet, quod ad Ulpianum se convertit, sed sententia inde pendebit, quomodo eo usus sit. Non semper ab omni culpa vacare Lydum facile concedam, sed injuria mihi accusari visus est magniloquentiae, qui non semel ingenue fassus sit, se scriptorum laudatorum opera nusquam vidisse. cf. de mag. III, 74, pag. 269. Quodsi interdum omisit, tanto minus erit vituperandum, ubi lectori potestatem fecerat cognoscendi, unde deperditi scriptoris verba sumserit. Neque tamen hoc ad nostrum locum pertinet, qui cui sit tribuendus in prooemio Lydus significavit et in extremis c. 24 diserte elocutus est. Itaque neminem spero offendent verba *αὐτοῖς ῥήμασι*, quibus *πρὸς ἑρμηνείαν τούτοις* vel *καθ᾽ ἑρμηνείαν οὕτως* addere plerumque solet Lydus. de m. I., 9. p. 128. I., 14. p. 132. I., 26. p. 141. I., 50. p. 162. Jam videamus in quibus Lydus et Ulpianus conspirent, quatenus discrepent. Patet Ulpiani *denique* reddere voluisse suo *τοίνυν*. cf. Hartung. Partik. T. I. p. 294. Hand. Tursell. T. 2. p. 274. Quae porro apud Ulpianum leguntur, Graecus contraxit, et brevius quidem justo. Neque enim facilia sunt intellectu verba: *προεχωρήσαντο ψήφῳ τοῦ δήμου*, ut codex Caseolinus exhibet. Saltem non apparet, quo jure Fussius ea verterit: „creabantur populi suffragio." Propterea Bekkerus, quo magis Graeca cum Latinis congruerent, scribi jussit *προεχει-*

ρίζοντο, non magnopere profecto a codicis ductibus recedens. Non satisfecisse tamen videtur Goettlingio, l. c. p. 320. 3). scribenti: Es muss heissen: *προεχώρησαν τῇ ψήφῳ τ. δ.;* und es bezieht sich dies auf ihr praeiudicium, welches der Entscheidung des Volkes voranging, quae v. d. conjectura mihi prorsus otiosa videtur, quum ab Ulpiani verbis magis etiam recedat. In verbis Lydianis diiudicandis simul quaerendum erit quo pertineant verba *μετὰ τούτους*. Ea secundum leges grammaticae referenda sunt ad subjectum verbi *προεχωρήσαντο*. Hoc vero, quum creandi potestatem non reddat, mihi corruptum videtur, censeoque legendum: *προεχειρίσαντο*. Subjectum vero nolim esse quaestores, sed Romulum et Numam, quorum nomina aut Lydus praetermisit, aut incuria scribentis. Excidit fortasse integer versus, quod in illo codice factum esse interdum testatur Hasius commentar. de Jo. Lydo. p. LXXIII. Ad eosdem reges refero, quod sequitur *μετὰ τούτους*. Verba: sane crebrior apud veteres opinio est: agnoscis in Graecis *τοὺς πλείους τῶν ἱστορικῶν*. Porro: et a genere — scribunt: plane congruunt cum Graecis *ἀπὸ - εἶπον*. Accuratius jam Ulpiani Lydique verba comparanti apparebit, Junii sententiam desinere in voce: crearent et *τοῦ δήμου*. Quo magis Fussium demiror ad l. de m. et in Ep. ad Hasium p. 19. inculcantem: *ἀπὸ - εἶπον*. „Diximus

haec Gracchano recte tribui non posse; et eadem in Pandectis Ulpiano tribuuntur, unde suspicor a Lydo parentheseos loco inserta esse; qui quidem videtur hic duos jureconsultos in unum contrahere; nam et proxime sequentia ut Ulpiani in Pandectis et apud ipsum Lydum §. 28. leguntur." quippe his tantum a Gracchano abjudicatis, concessit v. d. *Τοῦλος - μόνῳ* et Sed - quaestores Junio recte tribui. Quo quid potest esse perversius? Ejusdem erroris particeps est Dirksenius l. c. p. 59. Quae quum ex Ulpiano manifesta sint, Lydus qui sectionem eam in haec verba habet desinentem: *ταῦτα μέν ὁ Ἰούνιος, ὁ νομικὸς δὲ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ* de officio quaestoris *ἀποχρώντως διαλέγεται*, siquidem sana sunt omnia, erravit, Ulpiani Juniique sententias confundens. Sed quoniam, quae post *καὶ μεθ' ἕτερα* leguntur, parvo discrimine repetit Lydus c. 28. non magno intervallo disjuncto, videor mihi circumspectius agere, dum errorem nostro loco commissum ab alia quavis causa derivo, quam bona fide eum tribuam conclamatae illi negligentiae Lydianae. Firmatur autem vel errore Lydi sententia nobis p. 46. part. 1. prolata, eum Ulpiani locum ex Pandectis petivisse, non adhibitis integris Icti libris. Qui quum deperditi sint, ignoramus, fuerintne uberius scripti, atque impeditum est affirmare, ea quae in Digestis leguntur, eodem modo, nullis interpositis, in illis

lecta fuisse. Series autem sententiarum, et interdum ipsa adeo verba, quae Lydus expressit, ita congruunt cum dictis Ulpiani in Digestis servatis, ut jure quis miraretur, si eadem, aliunde petita tantam similitudinis speciem servassent. Simul animadvertendum est, Lydi notitiam de quaestoribus ex Ulpiano haustam loci illius Digestorum fines non excedere, quod quidem casu factum esse possit, sed idoneam habet causam, si nostram sententiam probas. Lydus autem si erravit, habet excusationem inde, quod in illo Digestorum titulo Ulpianus aliorum sententiis suas interposuit alternatim. Neque opus est, ut propter extrema §. 24. verba, quod censet Schraderus (v. krit. Ztschr. f. Rechtsw. 1820. vol. 1. fasc. 2. p. 148.), ipsum Ulpiani librum de officio quaestoris legerit, quia haec confidenter et jure pronuntiare potuit vel accuratiore illius operis notitia destitutus. cf. Dirksen. Bruchstücke p. 57 sq. Civilistische Abhandlgen. T. 1. p.201. Heffter in mus. Rhen. jur. 1828. p. 117 sq. Schilling, Lehrb. f. Inst. u. Gesch. d. roem. Privr. 1. p. 94. Temporum ratio nobis saltem non obstat. Lydus enim de magistratibus libros inde ab a. p. Ch. 551 scribere instituit, Pandectae vero Justinianeae a. 533 publici juris factae sunt.

Sed ubi ad res accedimus a Junio traditas, valde impeditis quaestionibus implicamur. Primum

autem de quonam genere quaestorum dixerit, ex ipsius verbis non liquet, neque est aliunde facile cognitu. Nam ex illis Ulpiani: Et a genere quaerendi Quaestores initio dictos, et Junius et Trebatios, et Fenestella scribunt: quae etymologicam Gracchani doctrinam sapiunt, nihilo fimus certiores. Copiose de his egit Rubino p. 315 sq., cujus sagacitatem et doctrinam dum admiror, non ab omni parte sententiam probo. Secundum optimos auctores constare ait, quaestores antiquissimo tempore indagandorum criminum munus habuisse. Cujus rei testimonio in ann. 2. adhibitis Ulpiani verbis et Zonarae (VII, 13.), addit: ceterum Zonaram gravissimum testem esse, unum tantum genus annuorum quaestorum fuisse, qui per aliquod tempus duplici munere fungerentur, et criminum conquirendorum et administrandi aerarii, eundem de his ita accurate dicere, ut per se fide dignus sit, sed aliunde quoque dicta ejus confirmari. Praeter Tacitum (Ann. XI, 22.), Varronem de l. L. V, 14. p. 24. §. 81. utrumque munus ab iisdem administratum dicere: „Quaestores a quaerendo, qui conquirerent pecunias publicas et maleficia;" aliter loqui, si eodem vocabulo duas res sejunctas significet cf. e. c. §. 87. s. v. legati. Praeterea his non solum Ulpianum l. c. consentire, sed etiam, ut illud *initio* probaverit, tres ab eo laudatos scriptores. Ad eandem sententiam ducere

narrationem apud Livium IV, 43, ubi verba: duplicando quaestorum numero: significent, usque ad a. 334. omnino duos tantum quaestores fuisse. — Mitto alia. Non possum tamen mente assequi, quomodo Ulpianus, adhibitus modo testis unius judicandi curae antiquissimis quaestoribus mandatae, simul probet, eosdem per aliquod tempus et criminibus et pecuniis publicis conquirendis vacasse. Imo Junius, qui Romulo Numaeque binos quaestores tribuit, si hos initio a genere quaerendi dictos scribit, ad reges illos necesse est haec temporis nota referatur.

Expendenda est hoc loco Rubinonis sententia, quam attigimus part. I. p. 38. Gracchani de quaestoribus dicta legenti ultro conjecturam suboriri ait p. 319. sq., provocatam verbis de industria positis ab Ulpiano servatis. (Die Ausdrücke: quos ipsi non sua voce, sed populi suffragiis crearent, zeigen wohl deutlich die Opposition entweder gegen eine herrschende Meinung oder Verfahrungsweise an.) Sequuntur ea, quae nos p. 33. exhibuimus. Pergit deinde: Ad id accessisse, quod propius fuerit. Senatum post Tiberii et Gaii Gracchorum caedes usurpasse jus in turbis usque remanens, quaestionibus sine populi suffragiis institutis, quibus Junii amici quavis crudelitate afficerentur, quas ipse aegre effugerit. Quamobrem licere, ejus rei reprehensionem agnoscere in dicto,

quo ipsi reges, et ab initio quidem civitatis, nunquam soli quaestores crearint, sed adhibitis semper populi suffragiis. Hinc tantum formam et vim illius notitiae explicandam esse, neque eam fictam censendam, quod sine certo argumento nunquam sumendum sit, neque opus esse ut nunc sumatur. — Ingeniose profecto haec, sed audacter v. d. conjecit. Primum, quo tempore scripta sint, quae Ulpianus refert, ignoramus, deinde ne genuina quidem Junii verba tenemus, et fortasse Ulpiani adeo dicta Pandectarum compositores, in brevius contrahendo, immutarunt, ut summa cautione opus sit in sententia ferenda de animo, quo Junius illa scripserit. (v. Dirksen. Bemerkungen über Justinians Compilation. in l. c. p. 192. sq.) Denique nondum constat, de quo genere quaestorum Junius dixerit. Jam vero, quomodo verbis „quos ipsi sua voce non populi suffragiis crearent," inesse potest id, quod vult Rubino? Quae verba alii aliter interpretati sunt. Huschkius (Serv. Tull. p. 400. a. 10.) vertit: „welche sie selber wählten, jedoch nicht durch eigene Proclamirung, sondern indem sie das Volk über die von ihnen Gewählten abstimmen liessen." cf. p. 399, 8. Niebuhrius verissime T. I. p. 550: „Wahl des Volks das ist der Curien, unter den Königen, meldete Junius Gracchanus ausdrücklich." Neque hoc Rubinonis sententiae favet. Non facile enim Romanus, vel

modice doctus, Junii verba legendo, populi suffragia sub Romulo et Numa aliter atque de comitiis curiatis acceperit, neque sui temporis, quo tributis comitiis quaestores fiebant, comparationem inierit, nisi sumas, in curiatis comitiis praeter patricios plebem suffragia tulisse, qua de re ambigere videtur ipse Rubino v. p. 380. Goettlingius, quomodo Lydi verba mutanda censuerit diximus supra, et videtur is Ulpiani locum praetermisisse. v. Kobbe Roem. Gesch. T. 1. p. XXXV. 193. Mihi illa non aliud significant, nisi reges creandis per suffragia populi quaestoribus praefuisse, qua potestate Livius creandi vocem de magistratibus singulis frequentat. v. Fabri ad Liv. XXI, 15, 6. Deinde collocationem et vim verborum inde repeto, quod accuratius illud: *ipsi* definiendum erat. Denique non crediderim ipsos Romanos ea sic accepturos fuisse, ut accepit Rubino, sed eam sententiam, si voluisset Junius exprimere, non occulte, ut nunc fit, sed multo apertius fuisse elocuturum. Manet igitur discrepantia inter Junium et Tacitum, cujus verba Rubino, praeeunte Gruchio de com. (Graev. thes. T. I. p. 695.) optime enarravit. Non jure tamen idem p. 324. a. 1. Junium legem curiatam de quaestoribus latam ab ipsis regibus ignorasse aut neglexisse affirmat. Hoc saltem non magis crediderim atque oratorie exaggerata esse Ciceronis verba de lege agr. II, 10, 26: „In-

auditum uti curiata lege magistratus detur, qui nullis comitiis ante sit datus." cf. Rubino p. 392. a.

Reliquiae sedis incertae.

II.

Plin. H. N. XXXIII. c. 2. §. 9. ed. Sillig. T. V. p. 14. sq.

Equitum quidem etiam nomen ipsum saepe variatum est, in his quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo regibusque appellati sunt, deinde flexumines, postea trossuli, cum oppidum in Tuscis citra Volsinios passuum IX M sine ullo peditum adjumento cepissent ejus vocabuli; idque duravit ultra C. Gracchum. Junius certe qui ab amicitia ejus Gracchanus appellatus est, scriptum reliquit his verbis; „Quod ad equestrem ordinem attinet, antea trossulos vocabant, nunc Equites vocant: ideoque quia non intelligunt trossulos nomen quid valeat, multos pudet eo nomine appellari," et causam quae supra indicata est exponit invitosque etiamnum tamen trossulos vocari.

§. 35. *Quin etiam equitum nomen ipsum;* Ed. Pr. *qui tum quidem etiam n. i.* Tolet. Voss. *Equitum* om. Gud. Menap. Acad. Emendavit Pintianus. — *qui id ad aequitatem trahebant,* Tolet. — *flexumentes,* Chiffl. Reg. II. Ed. Pr. — *quum oppidum in Tuscis citra Volsinios,* Ed. Pr. *oppidum Vulsiniorum,* Vet. Dalech. — *hoc no-*

mine passuum IX, Ed. Pr. *hoc n. pedum IX*, Vet. Dalech. — *sine ullo peditum adjumento cepissent*, om. *ejus vocabulo*, Ed. Pr. *peditum*, om. Vet. Dalech. — *Ejus vocabuli vis duravit*, Vet. Dalech.

§. 36. *inimicitia*, conj. Ellendt. ad Cic. Brut. 28. §. 109. — *attinet*, codd. Gelenii — *ideo quia non* — *valeat* Voss. *ideoque quia et trossulus*, Vet. Dalech. — *eo nomine* — *etiamnum tamen*, haec denuo inserui e Bamberg. ap. Janum lect. Plin. II. p. 9. et edd. vett., quum Harduinus ea cum Tolet. Chiffl. Voss. omisisset, in quibus modo legitur *multos pudet trossulos vocari*. Pariter aberant a Menap. Gud. Acad., qui tamen *multos pudet* habent. *vocari ait*, Vet. Dalech.

Codicis ms. Bambergensis C. Plinii Secundi N. H. Libros VI postremos continentis varietas lectionis integra. Conscripsit et brevi adnotatione instruxit Ludovicus Janus. ap. Sillig. T. V. p. 367. sq.

In iis quoque qui *id* ab equitatu trahebant [1]) — sunt appellati. deinde flexuntes — citra volsinios p. $\overline{\text{VIIII}}$ [M] — ideo[que] quia — multos*que* pudet *eo nomine appellari. et causam quae supra indicta est exponit invitosque etiamnum tamen*[2]) trusulos vocari.

1) Mon. *Quin etiam equitum nomen ipsum saepe variatum est. in his quoque qui ad equitatum trahebantur.* De codicis Bamb. lectione *qui id* (nomen) *ab equitatu trahebant*, omnem dubitationem tollunt haecce: (h. lib. 1. s. 7.) *quod antea militares equi nomen dederant, hoc nunc pecuniae judices tribuunt.* De dicendi formula *nomen trahere* cf. XIII, 15. s. 29. §. 94. *a Nomio Caesaris*

liberto cognomen trahentis, et XXXVII. 8. s. 35. *et inde nomen trahere.*

2) Mon. exhibet Harduini lectionem, nisi quod habet *pertinet* ..... *trosulos* et *multosque pudet troxillos vocari.* Haec lectio inde orta est, quod librarius a verbis *eo nomine appellari* aberravit ad *trossulos vocari.* In libris ante Harduinum editis idem fere legitur atque in Bamb. Ad explicandum infinitivum *vocari,* ex antecedente verbo *eaponit* supplendum est *ait,* id quod in uno codice Ms. legit adscriptum Dalechampius. (Lect. Plin. II. p. 9.)

Qui trossulorum nomen explicarunt, aut Plinium secuti sunt, et qui ei consentiunt Paulum Diaconum. v. Trossuli p. 367, (Trossuli equites dicti, quod oppidum Tuscorum Trossulum sine opera peditum ceperint,) et Scholiastam Persii ad Sat. 1. v. 82. (Trossulum oppidum fuit Hetruriae non longe a Volscis. Hoc equites Romani sine peditibus expugnaverunt Numio quodam duce. Unde equites Romani Trossuli dicti sunt.) aut etymologicam rationem adhibuerunt. Oppidum illud a Plinio significatum agnoscere sibi visus est Sigonius apud Livium X, 46, 10. in his: „Inter haec Carvilius consul, in Etruria Troïlium primum obpugnare adortus, quadringentos septuaginta ditissimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret, dimisit: ceteram multitudinem oppidumque ipsum vi cepit, inde quinque castella, locis sita munitis, expugnavit," et Trossulum reponendum censuit, quem sequuti sunt Cluverius Ital. ant. II. p. 562.

(idem nomen restituens Diodoro Sic. XIV. 109. T. 1. p. 725. ed. Wess.) et Niebuhrius h. r. T. III. p. 475. Quae si recte se habent, Romani oppidum expugnaverunt a. u. 460., quo L. Papirius Cursor, Sp. Carvilius Maximus, quorum nomina Livius habet, consules fuerunt. Diodorus vero, ut licet judicare ex nominibus tribb. mil., quae principio §. 109. posuit, ad *Γουράσιον* pugnasse Romanos a. u. 362. refert, unde sequitur Cluverium temere *Τρόσιλλον* correxisse. Eo anno pugnatum esse cum Volsiniensibus narrat quidem Livius V, 32, sed nullo urbis nomine memorato. Forcellinus autem v. Trossuli scribit: „Cum Livius 9, 41. narret, Decium consulem Volsiniensium castella aliquot vi cepisse, argui posse videtur, Trossulum captum ab equitibus eo anno i. e. u. c. 446. Numio quodam duce ut ait Schol. l. c.“ Quarum opinionum si cui in re ancipiti accedendum est, Sigonii emendationem praetulerim, quum eo bello Livius equitum memoriam frequentet, contestante praeterea Harduino ad Plin. T. II. p. 608: „Manent etiamnum loci vestigia, vulgo *Trosso*, vicinaque fossa, *il vado di Trosso*, duobus passuum millibus a *Monte Fiascone*.“ Quod addit Plinius „sine ullo peditum adjumento“ et Schol. Pers.: „sine peditibus“ cur additum sit, et num quid faciat ad rem explicandam non liquet. Videtur autem verbis istis significare hoc: equites in illa

urbis expugnatione, ut vix aliter fieri potuit, equis relictis ad pedes degressos esse. Neque ita pugnare inusitatum fuit equitibus Romanis. cf. Liv. II, 20. III, 62. IV, 38. VI, 24. VII, 7. IX, 39. Dionys. Hal. II, 13. more suo equites Lacedaemonios comparat, (v. Rubino. p. 11. 117, 1.) quem male intellexit Huschkius Incert. auct. expos. ined. p. 14. v. Hermann. Handb. d. griech. Staatsalterth. p. 76. 17.

Aliam viam inierunt Creuzerus in Ant. R. p. 124., qui censet vocabulum aut per syncopen ex torosulo, i. e. ὁ ἐν μικρῷ παχύς, derivatum a toro, ut ait Nonius 1. nr. 240.; aut significatione mutata ductum a τρυσσός delicatus. Fest. s. v. p. 577. c. ann. Scal. et Dac." — Doederlinus Syn. T. VI. p. 377.: „trossuli, d. h. equites oder trosuli Gl. Isid. von trotten. Fände sich auch die Schreibart troxuli, so wäre es von τρέχω, τροχερός; synonym mit celeres, κέλητες, Ritter; wie auch τρωξαλίς, die Heuschrecke (d. h. Heuspringer) Grashüpfer, Heupferd etc. Vgl. troclea, ἐπιδρομίς Gl." — Huschkius in Serv. Tull. p. 486.: „Eher dürfen wir vermuthen, dass die verschiedenen ältern Namen der Ritter, Celeres, Flexumines und Trossuli durch die verschiedenen Gattungen derselben veranlasst seyen, indem Celeres auch wohl noch unter Servius die Benennung für die alten sechs Centurien patricischer schwerer Reiterei blieb,

der Name Flexumines für die acht schon gelenksamern Centurien neuer Stiftung gebraucht wurde und Trossuli die vier Centurien ganz leichter Reiterei bezeichnete, obgleich der dritte Ausdruck, der doch weiter nichts als die Zarten zu bedeuten scheint, (nämlich im Gegensatz gegen die schwerer bewaffneten andern beiden Arten der Ritter oder gegen die Fusssoldaten) von den Alten anders abgeleitet wird. (Plin. H. N. 33, 2. Fest. v. Trossuli mit Dacier's Anm. Uebrigens steht es mit unserer Ansicht nicht im Widerspruch, wenn Plinius sagt, jene Namen seyen im Laufe der Zeit nach einander für die Ritter überhaupt gebräuchlich worden. Als nämlieh der Name Celeres abkam, wurde Flexumines der allgemeine Ausdruck, und als die Reiterei noch kunstmässiger wurde, Trossuli u. s. w." — cf. p. 343. — Klausenius: Aeneas u. d. Penaten. T. II. p. 822 sq.: „Ein altväterischer Name der römischen Ritter, dessen sie späterhin sich zu schämen anfangen, ist Trossuli (Fest. p. 157. Plin. H. N. XXXIII, 2, 9. Gl. Isidor. Trosuli equites, trosulus eques adolescens. Auch geben Glossen die Form Trusulus, ὁ ἐν μικρῷ παχύς: die Erklärung, weil man später den Stutzer darunter verstand, wie Senec. Ep. 76; 87. Varr. ap. Non. p. 49. Pers. 1, 82. trossulus laevis, wo der Scholiast Plinius Erklärung durch Trossulum giebt. Das u sowohl

als die hervorgehobene Jugendlichkeit weist auf das Spiel Troa, Trua hin. Auch vgl. Serv. V. A. IX, 606.). Die Herleitung vom etruskischen Trossulum, welches sie ohne Hülfe von Fussvolk eingenommen hätten, wird nicht irre führen, da sie theils nicht die einzige (Nonius p. 49.: Trossuli dicti sunt torosuli: an sich freilich schlecht genug, doch ein Zeugniss, dass die Herleitung von Trossulum nur hypothetisch war.), theils die Bildung des Namens nicht gesetzmässig ist. Wie es den Römern auf das Wenden und Tummeln der Rosse ankam, zeigt der Name der Ritter flexumines oder flexutes, den man gewiss nicht chronologisch gegen Celeres und Trossuli abgrenzen kann. Er entspricht völlig den gewandten Wendungen des von Virgil geschilderten Spiels. Und nun liegt die Erklärung ganz nahe: truare oder troare bezeichnet lebhafte, in Absätzen fortlaufende Bewegung, es erscheint wieder in antroare, andruare, und in redantruare, redandruare, vielleicht ist auch trudere und trudes davon abgeleitet, indem der Stoff des Absetzens hervorgehoben ward. — vielleicht gehört auch das etruskische Trossulum, nur nicht als Anlass für den Ritternamen, sondern durch Analogie wirklich hieher, namentlich wenn die Vermuthung richtig ist, dass es von Troilum nicht verschieden war." — Goettlingio l. c. p. 372. 7. probabile videtur,

equites ab Etruscis trossulos dictos fuisse." — Marquardtius hist. equitt. Rom. l. IV. p. 62.: „— Gracchi tempore equites equo p. ignominioso Trossulorum nomine appellabantur, quod quanquam fuerunt, qui narratione de oppido quodam Trossulo excogitata in honorem equitum interpretari conarentur, tamen veram verbi originem obscurare non potuerunt, eoque nomine postea dignam se praebuit delicata manus Pompeii." —

Locos, quibus hoc vocabulum, satis rarum, legitur, inspiciamus. Non. ed. M. p. 49. 1.: „Trossuli dicti sunt torosuli. Varro Sesquiulysse: Nunc emunt trossuli, nardo nitidi, vulgo Attico talento equum." quibus Victorius in Var. et ant. lectt. l. VI. c. 24. p. 80. praeposuit alterum locum ejusdem satirae Varronianae, quem exhibet Non. v. calcitrones. p. 44, 32.: „Calcitrones, qui infestant calcibus. Plautus in Asinaria: Clamat procul, si quem viderit ad se ire calcitronem. Varro Sesquiulysse: Itaque tam equum mordacem calcitronem horridum miles ac vir non vitabat." Quorum copulationem commendans Victorius: „Multis autem modis, scribit, perspicitur continentia quondam haec verba fuisse, nam sententia hoc pacto mirifice quadrat, et contraria contrariis opponuntur." Non omnino recte, nam equus, quem emunt trossuli, nullo epitheto ornatur, nisi forte sumas, Varronem addidisse enunciato relativo id

quod deest. Forte autem fortuna ex mente Varronis traditum est, quale fuerit talentum Atticum. Plinius H. N. XXXV, 40. §. 30. p. 519. F.: „Talentum Atticum X.VI. taxat M. Varro," i. e. denarium sex millibus. cf. annot. Harduin. Paucker. Metrologie. p. 42. Denarius quum inde ab a. u. 537. aequet asses 16. (Paucker. p. 31) talentum Atticum, sive 6 millia denarium efficient 96,000 assum, ingens sane pretium, etiamsi aes equestre 10,000 assum fuisse credamus. v. Böckh. metrol. Untersuchungen. p. 439. Itaque hinc de trossulis nihil colligere licet, sed quae de iis praedicantur, ducunt nos ad eam vocis potestatem, quae postea obtinuit. Seneca ep. 87.: „M. Cato censorius (quem tam reip. hercule profuit nasci quam Scipionem: alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit) canterio vehebatur, et hippoperis quidem impositis ut secum utilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his trossulis in via divitibus, cursores et Numidas et multum ante se pulveris agentem! Hic sine dubio cultior comitatiorque quam M. Cato videretur: hic, inter illos apparatus delicatos qui cum maxime dubitat, utrum se ad gladium locet, an ad cultrum." — Non praetereundum est, et hoc et Varronis loco equi mentionem pristinae significationis memoriam continere. Quae quidem abest ab altero dicto Senecae. Ep. 76. et Persii.

1, v. 82. ubi qua potestate vocem acceperit Hanthalius nondum liquet, primae satirae uberiore ennarratione alteri volumini reservata. Vertit autem germanice (p. 11.): „woher der Greuel, bei dem dir Trossulus froh zuhüpft und behend sich schmiegt durch die Sitzreihn." Terentianus Maurus v. 870. ed. Lachm. formae causa trossulorum nomen posuit, unde potestatem cognoscere non liceat. Ambigui sunt propter lectionis inconstantiam Lamprid. v. Commodi 1, 2. (cf. Lips. Elect. II, 1. in Op. T. I. p. 757. Marquardt. p. 71. n. 56.). Hieronym. de vit. susp. contub. Ep. ad matrem et filiam. ed. Martian. T. IV. P. 2. p. 732. Ep. 89. Id. adv. Jovinian. l. 2. T. IV. P. 2. p. 207. Non digni sunt qui conferantur Pighi. Annal. Rom. Strein. de famil. Rom. Prevot. de magistrat. Rom. (laudati Pitisco T. III. p. 653.) Eyben. de ord. equestr. — Cerdae adversar. sacr. c. 141. Scalig. Poet. 1, 22., quae idem Pitiscus affert, non potui nancisci.

III.

Varro de l. L. V, 13. S. p. 48. M. p. 16.

Antiquum oppidum in hac [1]) fuisse Saturnia [2]) scribitur [3]). Ejus vestigia etiam nunc manent tria [4]): quod Saturni fanum in faucibus; quod Saturnia

porta, quam[5]) Junius scribit ibi[6]), quam nunc vocant Pandanam[7]) quod post[8]) aedem[9]) Saturni in aedificiorum legibus privatis[10]) parietes[11]) postici[12]) muri sunt scripti.

1) *in hoc.* Cod. Par. c. Cod. B. Vulg. Vertr. Sciopp. *in hac.* cod. Goth. (quod cur praetulerit Speng. non video.) 2) *Saturniam* Vulg. Vertr. *Saturnio* Sciopp. 3) *scribit* Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. 4) *atria* cod. Par. b. 5) *quem* Venet. I. II. 6) *ibi* om cod. B. Vulg. Vertran. Sciopp. 7) *pandariam* Cod. Par. b. 8) *quot. post* Edit. princ. 9) *eaedem* cod. Goth. 10) *privatis* om. cod. Par. c. et ceteri praeter Florent. Havn. Turnebi cod. Fragm. Cassin. apud Morgagnum. Edit. vetust. Sciopp. 11) *parietes* om. Sciopp. 12) *pistici* cod. Goth.

Paulus Diac. p. 220.: „Pandana porta dicta est Romae quod semper pateret.“ A dea Panda nomen derivare maluerunt Duentzerus l. c. p. 83. et Hartungus. T. 2. p. 76. cujus fanum ad Capitolinum (Saturnium) montem situm fuisse videtur colligi posse ex Arnob. adv. gent. l. IV. c. 3. p. 137. ed. Orell. (cf. T. 2. p. 190. et Dionys. Hal. II. p. 105.). Ex Nonii verbis v. pandere p. 44. de porta Pandana nihil sequitur, sed faciam potius cum Sachsio (Gesch. u. Beschr. der alten Stadt Rom) T. I. p. 61. §. 45. cf. Creuzer. ant. Rom. p. 199. ann. Bunsen. T. I. p. 145. De Saturnia urbe v. Plin. H. N. III., 9. p. 616. F. et quos ad eum laudat Harduinus.

IV.

Varro de l. L. V., 8. S. p. 53. M. p. 19.

Eidem [1]) regioni attributa [2]) Subura [3]), quod sub muro terreo [4]) Carinarum [5]): in ea [6]) est Argeorum sacellum sextum. Subura [7]) Junius scribit ab eo, quod fuerit sub antiqua urbe: quoi [8]) testimonium [9]) potest [10]) esse, quod subest [11]) ei [12]) loco qui terreus murus vocatur. Sed ego a [13]) pago potius Succusano [14]) dictam [15]) puto Succusam [16]) *: nunc scribitur [17]) tertia litera [18]) C non B. [19]) Pagus Succusanus [20]) quod succurrit [21]) Carinis [22]).

1) *fidem* Gryph. 2) *actributa* cod. Par. b. 3) *sub urra* b, *subūra* a et in margine *subrura. suburra* cod. Goth. 4) *terrae* b c. 5) *carmarum* Edit. princ. 6) *in eo* codd. *in ea* Vulg. Sciopp. 7) *sub urra* b *suburra* cod. Goth. 8) *quoi* Havn. *cui* ceteri et b c *urbe, qui* cod. Goth. 9) *testimonium* Florent. Havn. Cod. B. Vulg. Sciopp. — *testim̄.* Edit. princ. — *testiom* Edit. vet. — *testimonio* ceteri. 10) *potest .... vocatur* om. c. 11) *sub est et locus* a, *subest et loco* b. 12) *ei* Victor. Vulg. Vertr. Sciopp. — om. Cod. B. — *et* ceteri. 13) *ego a* om. Havn. a b c cod. Goth. 14) *Sucusano* Cod. B. Edit. vetust. Vulg. — *subcusano a.* 15) *dicam* Havn. 16) *Sucusam* Vulg. — *Sucusa* Cod. B. — *subcusam* a, *succussam* c, cod. Goth. * *quod in nota etiam* conj. addidit Muellerus, coll. Quintil. Inst. 1, 7. accedente auctoritate Bunsenii. T. I. p. 694. Jure improbat G. Pape in Annal. Zimmermann a. 1834. p. 225. 17) *nam scribitur* Sciopp. *hunc scribitur*

b. 18) *littera a* cod. Goth. 19) *b non c* Cod. B. Vulgat *lra ac no b* Edit. vetust. — *s volo pagus* b. 20) *Sucusanus* Vulgat. — *Sucusanus pagus* Cod. B. *subcusanus* a, *succussanus* c. cod. Goth. 21) *succurrat* b c. 22) *carineis* Vulgat. — om. b.

Junii originatio praestat ceteris, quotquot antiqui pariter atque recentiores protulerunt. Nam Suburae nomen complectitur convalles inter procurrentes radices Quirinalis, Viminalis, Esquilini sitos, quorum montium cacumina primi incolae occuparunt. Bunsen. T. 3. P. 2. p. 191 sq. atque ejus rei testimonium ipse Varro addit hoc, quod sua aetate terreus murus Suburae immineret, vestigium haud dubie et reliquiae antiqui illius domicilii. Bunsen. T, 1. p. 142. Sed ad alteram statim derivationem progreditur, sibi magis probatam, neque plane Junio assentiri videtur, ut scribit Rubino p. 319. ann. 3. Nam verba „nunc scribitur tertia litera C non B" ostendunt eum nihil discriminis statuisse inter Suburam et Sucusam, sed ut suae derivationis argumentum existeret, hanc praetulisse. Dispiciamus vero, antequam Varronis rationem explicuerimus, qui tribuum librum scripserat (de L. L. V., 48), aliorum derivandi conatus. Scholiasta vetus apud Buchnerum (v. Seyfert. gr. lat. T. 1. p. 29 γ) a suburendo suburam dictam autumat, quod locus palustris fuerit, junceis crebris combustis exsiccatus et habitabilis factus.

Festus (v. Suburam p. 309.: „Suburam Verrius alio libro a pago Succusano dictam ait: hoc vero maxime probat eorum auctoritate, qui aiunt, ita appellatam et regionem urbis et tribum a stativo praesidio, quod solitum sit succurrere Exquilis, infestantibus eam partem urbis Gabinis. indicioque esse, quod adhuc ea tribus per c literam, non b sribatur") eandem radicem atque Varro usurpavit, sed aliter non dicam melius, significationem introduxit. Alter Festi locus v. Suburanam p. 302. lacunosior est, unde certa sententia erui possit. Seyfertus l. c. ceteris rejectis a suibus vel subus nomen Suburae repetit, Sucusae ortum putat a sue et sucula. Credant alii. Döderlino scribenti Syn. T. VI. p. 355: „subura oder suburra stimmt buchstäblich und sachlich zu ὑπωρέῃ. Hom. Il. XX. 218., also von ὄρος, nicht von urbs." profecto nihil obstat, nisi hoc, quod temere quis in Graeco sermone Latinae vocis radicem quaesiverit, quam ipsa lingna Latina suppeditet. Junii vero originatio, quae a simplicitate se commendat, et nomini topico vene convenit, firmatur egregie inde, quod scriptura Sucusa non necessario ad aliam radicem ducit. Et sola scribendi ratione discerni existimavit Quintil. 1, 7. §. 29: „Quid? quae scribuntur aliter quam enunciantur? — ut Subura, quum tribus literis notatur, c tertiam ostendit." Testes sunt multi lapidum tituli, in quibus praesertim

ad tribum significandam, ut ait Festus, literae istae SVC leguntur. v. Gruter. p. 78. n. 3. 78, 4. 104, 6. 201, 10. 239, 3. 243, 1. Neque tamen haec una nominis nota reperitur, sed exstat etiam SVB. ap. Gruter. p. 524, 5. 525, 5. 526, 3 et interdum integra scriptura SVBVRA. Gruter. p. 525, 5. 625, 10. Perizon. anim. hist. p. 297. Mitri vero sola literarum permutatione inter se differre videntur Subura et Sucusa. Et crebra quidem sunt exempla literarum permutatione r et s commutatarum. Varro de l. L. VII., 26: „In multis verbis, in quo antiqui dicebant S, postea dictum R.“ cf. Schneider. doctr. elem. T. 1. p. 341 sq. Göttling. Hermes. 1826. p. 119. * Reisig §. 48. p. 60. §. 62. p. 82. Rariora b et c, neque tamen omnino desunt. Initialium quidem harum literarum vices probant: caucum-baucum, bufo-cufo. v. Salmas. ad Treb. Poll. Claud. 1, 14. T. 2. p. 382 sq., saepius promiscue leguntur syllabae finales; cer — ber, crum — brum, culum — bulum, cundus — bundus. (Varr. de l. L. V., 135) v. Freund. Lex. T. 1. p. 230. His fortasse adscribenda est varietas lectionis: persicus — persibus ap. Varr. VII., 107. Fest. v. persicus, sibus c. ann. Muelleri. Simul patet, Sucusam fuisse antiquiorem scribendi formam, solenni tribus nota ad inferiora tempora propagatam. Quae quum ita sint, probanda erit sola scriptura Subura, quam codices plu-

rimi exhibent. Schneider. T. 2. p. 430. Hauthal. ad Pers. V. 32. T. 1. p. 314. Neque si locorum rationem contemplamur, inter se distant Subura et pagus Suburanus. Nemo enim veterum haec aperte discrevit, nisi personatus ille Q. Fabius Pictor de aureo seculo et de origine urbis Rom. 1. 2., cui credidit Seyfertus, quem tamen constat ab Annio Viterbiensi fabricatum. v. M. Hankii de Rom. Rer. script. lib. Lips. 1669. p. 21 sq. Huschke Serv. Tull. p. 58. 707. Pagum autem Sucusanum a Subura, non hanc ab illo cognominatam ostendit vel forma adjectivi derivata. Videtur horum nominum alteri per C literam scriptura inhaesisse, quae Romanos induxerit, ut propriam ejus radicem anquirerent. v. Schwenck: Zweiter Beitrag zur Wortforschung der latein. Sprache. p. 107. Quo loco valde desiderandi sunt libri Verrii, quem de his rebus uberrime dixisse colligitur ex iis, quae docuit Muellerus praef. ad Festum p. XXXI. Terreus murus, qui Varronis tempore aut conspicuus erat, aut cujus memoria loco remanserat, videtur ansam dedisse voci: summoenianus, qua meretrices appellat Martialis III., 82. XII., 22, 32. v. Becker. Gallus T. 1. p. 55. Weichert poett. latt. rel. p. 434 ann. Verisimile est Suburam sub Caesaribus latius patuisse, crescentibus propediem finibus urbis, quum ap. Orell. Inscr. T. 1. p. 69. n. 8. lapis exhibeat: in SE-

BURA mAJORE, unde duas fuisse recte collegit editor.

V.

Varro de l. L. V., 9. S. p. 61. M. p. 22.

Lucerès, ut Junius [1]), a Lucumone [2]).

1) *ut Junius* Florent. Hav. Sciopp. — *ut ait Junius* ceteri. 2) *a lucumone. ut iunius* Parisiensis a, *luciimone* b, *ab lucumore* c.

Junio consentit Cicero de rep. II. 8., Propertius IV., 1, 29 sq. Servius ad Virg. Aen. V., 560. Aurel. Vict. de ill. viris 1. Auctor orig. gent. Rom. c. 12. A Lucero, Ardeae rsge, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium bellanti nomen derivat Paulus Diac. v. Lucerenses p. 119. Id. p. 120. c. ann. Muelleri. cf. Klausen. Aeneas T. 2. p. 787. A luco Plut. vit. Romul. c. 20. Ascon. in Verr. II. 1. §. 14. p. 159. ed. Orell., quibus adstipulatur Kobbius (Ueber Curien und Clienten p. 40. v. ejus H. R. T. 1. p. 77.) et Huschkius de Servio Tull. p. 32. ann. 11. Livius I., 13, 7. Lucerum nominis et originis causam incertam esse ait; pariter Hartungus Rel. d. Roemer T. 1. p. 311 sententiam cohibet. cf. p. 297. Sufficit laudasse de his disserentes Muellerum rer. Etruscar. T. 1. q. 303. Goettlingium p. 55 sq. qui tamen immerito Junium Gracchanum recenset inter eos,

secundum quos Tities a Tito Tatio, Ramnes a Romulo dicti sunt. Hoc enim quamvis per se verisimile sit, non dicit tamen Varro V., 55. Doederlinus Syn. T. VI., p. 202. et: De vocum aliquot Lat. Sab. Umbr. Tusc. cognatione Graec. p. 13. comparat Graeca: Ἄλκμαν, Ἀλκμαίων, ἄλκιμος. Junius utrum de certo quodam Lucumone cogitaverit, an solam etymologicam rationem sequutus sit, ex verbis Varronis non liquet, neque meum esse duxi, originationis veritatem diligentius inquirere. Etenim videbam, quod nunc pro certo haberi solet, filios primogenitos ab Etruscis Lucumones appellitatos esse, indeque derivandum esse praenomen Romanum Lucius, parum firmis argumentis niti. Nam Dionysius III., 46, 47 non Lucumonem, sed Aruntem Demarati filium natu majorem vocat (Muell. l. c. p. 363 19.), verborum Lucumo et Luceres antepenultima corripitur, contra Lucii producitur. Propert. IV., 2, 51. Auson. Idyll X., 120.

VI.

Varro de l. L. VI, 4. S. p. 213. M. p. 86.

Mensium nomina sunt aperta fere [1]), si a Martio [2]), ut antiqui [3]) constituerunt, numeres [4]). Nam primus a Marte. Secundus [5]) ut Fulvius

scribit[6]) et Junius[7]) a Venere quod ea sit[8]) Ἀφροδίτη[9]); quoius[10]) nomen ego, antiquis literis[11]) quod nusquam inveni, magis puto dictum, quod ver omnia aperit[12]), Aprilem. Tertius a majoribus Maius[13]), quartus a junioribus[14]) dictus Junius[15]). Dehinc quintus Quintilis et sic deinceps[16]) usque ad[17]) Decembrem[18]) a numero. Ad hos qui additi[19]), prior a principe deo[20]) Januarius appellatus[21]); posterior, ut idem dicunt[22]) scriptores ab[23]) diis inferis[24]) Februarius appellatus, quod tum his[25]) parentetur[26]). Ego magis arbitror Februarium[27]) a[28]) die Februato, quod tum februatur populus id est lupercis nudis[29]) lustratur antiquum oppidum Palatinum[30]) gregibus humanis cinctum[31]).

1) *sunt fere aperta* Havn. *fere sunt aperta* Gb. *fere aperta sunt* a. *sunt aperta fere* F. *fere sunt aperta ut* b. 2) *si ut a Martio* Cod. B. Havn. *ut* om. b. *si ut a Martio instituerunt numeros* Goth. 3) *Martio antiqui* Cod. B. Havn. Edit. princ. vetust. Rhol. *marito ut antiqui* Venet. I. II. 4) *mimeres* Havn. 5) *secundum* Edit. princ. vetust. 6) *ut Fulvius Flaccus scribit* Cod. B. Vulgat. Vertran. 7) *et Junius Gracchus* Cod. B. Edit. princ. vet. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. Vertr. — *et Junius Grachus* Rholand. *et Junius a Venere* om. b. 8) *si* Havn. 9) *aphrodite,* omnes praeter Cod. B. Vulgat. Vertr. Sciopp. *afrondite* a, *si frondite coius* b, *afrodite* Goth. 10) *cujus* omnes praeter Havn. 11) *antiquis litteris* Vulgat. *litteris* Goth. 12) *aperit* om. b. 13) *Mavis* Edit. princ. 14) *minoribus* Havn. Goth. 15) *dictus* om. praeter Havn.

et Flor. ceteri. *est dictus* Par. b. 16) *deinceps* om. Par. b. 17) *ut ad* cod. Goth. 18) *decumbrem* Cod. B. 19) *addicit* pr. m. Havn. 20) *a principe deo* Flor. Havn. Sciopp. — *a principe deo Jano* Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bos. Par. Gryph. — *a principe Jano* Cod. B. Vulgat. Vertr. 21) *appellatus* om. cod. Par. b. 22) *iidem dicunt* Ald. Bos. Par. Gryph. Vulg. Vertr. Sciopp. — *idem dicunt* ceteri (v. Müller ad V, 57.). 23) *a* Havn. Goth. 24) *diis infereis* Vulgat. 25) *hieis* Cod. B. — *heis* Vulg. — *iis* Havn. 26) *parentetur* Vulg. Vertr. Sciopp. — *parentur* Florent. Havn. Par. a b — *parentent* Cod. B. Edit. princ. vetust. Rholand. Venet I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. 27) *februatum* cod. Goth. 28) *a* om. Havn. 29) *luperceis nudeis* Vulg. — *lupercis undis* Havn. 30) *palatium* Cod. B. Edit. princ. vetust. Vulg. Vertr. — *Palatinum* ceteri. — *lustratum . . . palati; nunc* Scaliger. 31) *humanis cinctum* Flor. Havn. Rhol. Ven. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. — *humanis* om. Cod. B. Edit. princ. vet. Vulgat. Vertr. Sciopp. — *cinctus* Cod. Goth. Par. a b.

Censorinus de die n. c. 22. p. 163. Lindbg. „Nomina decem mensibus antiquis Romulum fecisse, Fulvius et Junius auctores sunt: et quidem duos primos a parentibus suis nominasse, Martium a Marte patre, Aprilem ab Aphrodite, id est, Venere: unde majores ejus oriundi dicebantur. proximos duos a populo, Maium a majoribus natu, Junium a iunioribus; caeteros ab ordine quo singuli erant: Quintilem usque ad Decembrem perinde a numero. Varro autem Romanos a Latinis nomina mensum accepisse arbitratur. auctores eorum

antiquiores, quam urbem fuisse, satis argute docet. Itaque Martium mensem a Marte quidem nominatum credit, non quia Romuli fuerit pater, sed quod gens Latina bellicosa. Aprilem autem non ab Aphrodite, sed ab aperiendo; quod tunc fere cuncta gignantur, et nascendi claustra aperiat natura. Maium vero non a majoribus, sed a Maia nomen accepisse; quod eo mense tam Romae, quam antea in Latio, res divina Maiae fiat et Mercurio. Junium quoque a Junone potius, quam a junioribus, quod illo mense maxime Junoni honores habeantur. Quintilem, quod loco apud Latinos fuerit quinto: item Sextilem, ac deinceps ad Decembrem, a numeris appellatos. Caeterum Januarium et Februarium postea quidem additos, sed nominibus jam ex Latio sumtis; et Januarium a Jano, cui attributus est, nomen traxisse, Februarium a februo."

Unde primum elucet, Varronem de his alio loco exposuisse atque eo, quem proposuimus, et uberius quidem, ut est verisimile eadem in antiquitatum libris tractaverat, quorum ei parti, quae fuit de temporibus, libros sex XIV — XIX complexae, totum hoc de dierum, mensium, annorum ratione caput probabili perquam conjectura tribuit Krahnerus. Comment. de M. T. Varronis ant. rer. hum. et divin. libris XLI. spec. p. 26. Eadem parum circumspecte Rubino p. 324. ann. a Te-

rentio censet proposita fuisse in opere post libros de l. L. scripto, quos tamen constat antiquitatum libris posteriores esse. cf. de l. L. VI, 13. 18. Ambrosch. Studien u. Andeutgen. p. 118. a. 56. Inde Macrobium quoque Sat. 1. c. 12 sua hausisse crediderim, non vero, ut videbatur Muellero (ann. ad. Varr. VI, 33) ex libris de l. L. Animadverterunt auctores doctissimi libri germanice scripti: Ueber d. Monatsnamen einiger alter Völker, insbesondere der Perser, Cappadocier, Juden und Syrer, Berlin 1836, Benfeius et Sternius p. 223. apud plurimas gentes inveniri binos menses cognomines sese excipientes, neque tamen eam geminationem (Koppelung) usquam integre servatam esse, sed plerumque eam seriem singularibus nominibus interpellari. Cujus rei apud Romanos vestigium deprehendere sibi visi sunt hoc: p. 224. „Auch im römischen Kalender glauben wir eine schwache Spur dieser Koppelung zu erkennen, wo bereits zehn Monate eigene Namen haben, Maius und Junius aber das grössere und kleinere bedeutet, das Hauptwort, auf welches sich die Adjectiva beziehn — vielleicht ver —, ist weggefallen.“ Quod etiamsi dubium videri possit, tamen mensium Romanorum per paria distribuendorum rationem multo magis probaverim, atque illam, qua Hartungus T. 2. p. 6. eosdem in ternos distribuit, Februo deo et Aprili dea, quales nunquam fuerunt, excogitatis v. Huschke Serv.

p. 323. a. 83. Nobis enim mensium terminationes favent et distribuendi viam praemonstrant, Martio et Aprili exceptis. Martius unde dictus sit, non potest obscurum esse, et in eo antiqui consentiunt (v. Fest. v. Martius mensis. p. 150. Ovid. Fast. III, 3. sq. 75. sq. 97. Plut. quaest. Rom. c. 19. ed. Wyttenb. T. II. p. 96 sq. Serv. ad V. G. 1, 43. Lyd. de mens. p. 182. sq. ed. Roeth.) praeter unum Isidorum, Orig. V, 33.: „Quod eo tempore cuncta animantia ad marem aguntur et concumbendi voluptatem." Sed de alterius mensis nomine inter Junii et Varronis sententiam veteres ambigebant. Junium sequitur Ovidius Fast. 1, 38. IV, 13; 61; 85. Horatius Carm. IV, 11, 15. Contra Macrobius Sat. 1, 12. p. 265. sq.: „Sed Cincius in eo libro, quem de Fastis reliquit, ait imperite quosdam opinari Aprilem mensem antiquos a Venere dixisse; cum nullus dies festus nullumque sacrificium insigne Veneri per hunc mensem a majoribus institutum sit: sed ne in carminibus quidem Saliorum Veneris ulla, ut ceterorum coelestium, laus celebretur. Cincio etiam Varro consentit, affirmans nomen Veneris ne sub regibus quidem apud Romanos vel Latinum vel Graecum fuisse; et ideo non potuisse mensem a Venere nominari: sed, cum fere ante aequinoctium vernum triste sit coelum et nubibus obductum, sed et mare navigantibus clausum, terrae etiam

ipsae aut aqua aut pruina aut nivibus contegantur, eaque omnia verno, id est, hoc mense, aperiantur, arbores quoque nec minus cetera quae continet terra aperire se in germen incipiant: ab his omnibus mensem Aprilem dici merito credendum est quasi aperilem, sicut apud Athenienses ἀνθεστηριὼν idem mensis vocatur ab eo quod hoc tempore cuncta florescant.“ Duos errores tollam: alterum Scaligeri ad Varr. VI, 4. (ed. Bip. T. 2. p. 136.) scribentis: „Sic et Arnob. lib. II nec *Veneris* nec *Apollinis* mentionem factam esse in Numae indigitamentis testatur.“ Nimirum ap. Arnob. l. II. c. 73. T. 1. p. 103. ed. Orell. haec tantum legis: „Non doctorum in litteris continetur, *Apollinis* nomen Pompiliana indigitamenta nescire?“ v. Goettling. p. 193, 6.; alterum commisit Macrobius. Ἀνθεστηριὼν enim potius congruit cum Februario v. Pontedera. Ant. graec-lat. ep. XXII. p. 227. Stephan. tractat. de mens. et partib. eorund. Ideler. Handb. d. Chron. T. 2. p. 48. Duplicis originationis meminit Calendarium Praenestinum ap. Orell. Inscr. T. 2. p. 388.

..... VINIRI. QVOD. EA. CVM. ...... AE REGIS ..... VM. A QVO P. R. ORTVS. E . . . ISE. QVIA FRVGES. FLORES. ANIMALIAQVE AC MARIA ET. TERRAE APERIVNTVR

quibus ita suppletur, p. 410.: „Aprilis a Venere

(s. sacer Veneri) quod ea cum Anchise parens fuit Aeneae regis, qui genuit Julum, a quo populus Romanus ortus est. Putant nonnulli ita appellatum esse, quia cet." v. Wolf. Sueton. T. IV, p. 432. et Isidorus Orig. V, 33.: „Aprilis pro Venere dicitur, quasi Afrodis. Graece enim *Ἀφροδίτη* Venus dicitur, vel quia hoc mense omnia aperiuntur in florem: quasi aperilis." Idem referunt scriptores Graeci, Plut. v. Num. c. 19.: *δεύτερον δὲ τὸν Ἀπρίλιον ἐπώνυμον ὄντα τῆς Ἀφροδίτης, ἐν ᾧ θύουσί τε τῇ θεῷ καὶ ταῖς καλάνδαις ἐστεφανωμέναι αἱ γυναῖκες μυρσίνῃ λούονται. Τινὲς δ'οὐ διὰ τὴν Ἀφροδίτην τὸν Ἀπρίλιον φασὶν, ἀλλ' ὥςπερ ἔχει τοὔνομα ψιλὸν, Ἀπρίλιον κεκλῆσθαι τὸν μῆνα, τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἀκμαζούσης ἀνοίγοντα καὶ ἀνακαλύπτοντα τοὺς βλαστοὺς τῶν φυτῶν. τοῦτο γὰρ ἡ γλῶσσα σημαίνει.* et Lyd. de mens. IV, 44. p. 210. sq. p. 216. ed. R. Coraes ad Plut. l. c. T. III. p. 403. *Ἑλλην. βιβλ.* „*μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ παρ' ἡμῖν συνήθεια, Ἄνοιξιν καλοῦσα τὸ ἔαρ.*" Affero ex carmine populari recentiori (v. Kind. Neugriech. Chrestomathie. Leipzig 1835. p. 140.) versum eam etymologiam reddentem hunc: *καὶ ὅταν πέρν' ἡ ἄνοιξις, κ' ἀνοίγουν τὰ κλαδάκια.* Quid quod eandem sententiam ars quoque antiqua expressit? v. Clarac musée de sculpture. T. 2. pl. 171. Mueller. Handb. d. Archaeol. p. 491. 3.

Quae quum satisfacere possent, tamen docti homines his se continere noluerunt. Sic Vossius in

etymologico laudat Jos. Scaligerum, ab apro nomen derivantem, quod eo mense porcus sacrificaretur, quem jure restrinxit Grotefendus in Encycl. Ersch. T. V. p. 12. Sed Scaligeri sententia denuo placuit Schwenckio. Lex. etymol. p. 34. De Hartungi errore diximus supra. v. T. 2. p. 143. 248. Sed commemoranda est sententia Goettlingii p. 168. a. 4. prolata his verbis: „Da die Parilia oder Palilia, das alte Hirtenfest im April gefeiert wurde, an dem Tage, an welchem Rom der Sage nach gegründet war, so scheint nicht zweifelhaft, dass der vielfach falsch erklärte Name des zweiten Monats des zehnmonatlichen Jahres ursprünglich Parilis und dann erst durch Versetzung der beiden ersten Buchstaben Aprilis genannt worden. Venus hat mit diesem Monate gar nichts thun, sie kam nicht einmal in der alten Theogonie der Salier vor und wer den Namen von aperire ableitet, müsste erst eine analoge Form dieses Namens nachweisen, wo e ausgefallen, dann eine Form, wo die Endung īlis an ein Verbum angehängt wäre.“ Goettlingii erat, similes literarum transpositiones afferre, ut suae derivationi fidem faceret. Quod quum supersederit, nos quae desiderat, proferemus. Et primum, quod ab aperiendo ductum adjectivum anquirit cum fuga literae e, in promtu est apricus. v. Doederl. Syn. T. III. p. 170. Deinde terminationem īlis verbis annecti posse

docet cubile, (sedile.) cf. Duentzer. Wortbildg. p. 48. (Aprilis der Eröffner der Erde oder des Jahres.) Neque enim opus est, ut cum Huschkio p. 324. a. 85. haec terminatio a verbo ire repetatur. Idem quae de forma Quintilis, Sextilis habet, fateor me non intelligere. In horum mensium nominibus formandis videtur Aprilis terminatio aliquam vim habuisse, neque profecto alia eligenda fuerit, si ceteris numeralibus distinguere volebant Romani. Denique non video cur potius e Gallia antiqua Grotefendus arcessat nomen, quod Latinam linguam redolet; habent enim, ut Varronianis verbis loquar, nonnulla nomina in utraque lingua radices, ut arbores quae in confinio natae in utroque agro serpunt. Doctae Grotefendi disputationi addatur sententia Goropii Becani in Croniis, Aprilem a Cymbrico Operil et per syncopen Opril derivantis, quod inter eos menses, qui tellurem recludunt, sit excellentissimus. cf. Rosin. Ant. Rom. p. 264.

VII.

Censorinus de d. n c. 20. p. 147. ed. Lindbg.

Annum vertentem Romae Licinius quidem Macer, et postea Fenestella, statim ab initio duodecim mensium fuisse scripserunt. sed magis Junio Gracchano, et Fulvio, et Varroni, et Sue-

tonio aliisque credendum, qui decem mensium putaverunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani.

Annus vertens qui sit docet ipse Censorinus c. 19. p. 140: „Annus vertens est natura, dum sol percurrens duodecim signa, eodem, unde profectus est, redit.“ v. annot. Lindenbrog. Aliter annum vertentem intelligit Macrobius Sat. 1, 14. p. 277. in somn. Scip. c. 11. p. 174. Idelerus T. 2. p. 17. 21 vertit: ein Sonnenjahr von 12 Monaten. De Licinio Macro cf. Krause. 234. sq. Ad Junii vero et ceterorum sententiam stabiliendam accedunt Ovidius Fast. 1, 27. sq. III., 119. sq. Macrob. Sat. 1, 12. p. 264 sq. Solin. c. 3. Gell. III, 16. Plut. v. Num. 18. Lyd. de mens. p. 17. 18. 22. Ceterum eum numerum ab Albanis venisse majorem prae se fert speciem, quam quas Ovidius commemoravit causas, neque obstat, quod idem Fast. III, 87. Albanis Martium mensem tertium fuisse dicit, quum Censorinus referat, ut *tunc* Albanis erat, unde verisimile fit, annum Albanorum easdem vices atque Romanum subiisse. Quod videor mihi colligere posse ex verbis Macrobii S. 1., 13.: „Numae ordinationem finitimi mox secuti totidem diebus, totidemque mensibus, ut Pompilio placuit, annum suum computare coeperunt.“

VIII.

Censorinus de d. n. c. 20. p. 147. L.

Postea sive a Numa, ut ait Fulvius, sive, ut Junius, a Tarquinio duodecim facti sunt menses et dies CCCLV. quamvis Luna duodecim suis mensibus CCCLIIII dies videatur explere.

Idem de Numa testatur Livius 1, 19. Ovid. Fast. I., 43. III., 151. Aurel. Victor. c. 3. §. 2. Macrob. 1, 13. p. 272. Plut. v. Num. c. 18. Lyd. de mens. p. 18. 22. cf. Göttling. p. 179. 192. Schadeberg. Studien zu e. gesch. Staatsw. d. Roem. p. 28. sq. Ideler. T. 2. p. 31.: „Junius Gracchanus einer der ältern roemischen Geschichtschreiber, legte nach Censorinus diese Aenderung dem Tarquinius bei, ohne Zweifel dem Priscus; denn da er nach Macrobius den Servius Tullius als den Urheber der Einschaltung ansah, muss er sich das Mondjahr selbst älter als die Ausgleichung desselben mit der Sonne gedacht oder geglaubt haben, dass die Roemer erst ein reines Mondjahr hatten, ehe sie ein gebundenes erhielten, wenn man anders annehmen darf, dass die römischen Schriftsteller die Notizen, die sie von der frühern Zeitrechnung ihres Volkes geben, nach richtigen astronomischen Principien abgewogen haben.“ v. Niebuhr. T. 1. p. 300. Recte Rubino p. 319. a. 3. observavit unum Junium hoc institutum Tarquinio

tribuere, sed quum id non recte factum judicet, utinam argumenta protulisset. Vix enim ac ne vix quidem, ut nunc se habet res, eam quaestionem aliquis extricabit.

IX.

Macrob. Sat. I., 13. p. 275 ed. Zeun.

Junius Servium Tullium regem primum intercalasse commemorat.

Praecedunt haec: „Quando autem primo intercalatum sit varie refertur, et Macer quidem Licinius ejus rei originem Romulo assignat. Antias libro secundo Numam Pompilium sacrorum causa id invenisse contendit. Junius Servium — commemorat, a quo et nundinas institutas Varroni placet. Tuditanus refert libro tertio Magistratuum Decemviros, qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse. Cassius eosdem scribit auctores. Fulvius autem id egisse Manium consulem dicit ab urbe condita anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox bello Aetolico. Sed hunc arguit Varro scribendo antiquissimam legem fuisse incisam in columna aerea a L. Pinario et Furio consulibus, cui mentio intercalaris adscribitur. Haec de intercalandi principio satis relata sint.“ — cf. Ideler. T. 2 p. 48 sq. Huschke Serv. p.

331. sq. de Liciniis p. 62 a. 117. Plass. (Hist. Abhandlg. über d. Verschmelzg. d. tuskischen, d. röm. u. e. hellèn. Kalenders) in Zimmerm. annal. 1838. p. 1164. Goettling. p. 314. Varro utrum Junio adstipulatus sit, nec ne, non liquet, sed ad sententiam ejus pertinent, quae habet Macrobius Sat. 1, 16. p. 290.

Incerta.

I. (X.)

Varro de l. L. VI., 9. S. p. 274.

Hoc ipsum Inlicium scriptum [1]) inveni in M. Junii [2]) commentariis, quod tamen [3]) ibi idem [4]) est quod illicite illexit [5]); quae cum E et C cum G [6]) magnam habent [7]) communitatem.

1) Sciopp. in marg.: *Quidam vet. Codex: Ellegium scriptum.* — *Enlegium* tacite Ciacconius ad Columnam Rostrat. p. 20. — *inlicitum* pr. m. Havn. — Fort. *Inlicium Enlegium scriptum.* 2) *inveni Muncii* cod. Par. b 3) *et tamen* Cod. B. Edit. princ. vet. 4) *ibi idem* Vertran. Sciopp. — *ibidem* Florent. Havn. Cod. B. Ed. princ. vetust. Rhol. Ven. 1. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. — *item* Ciacconius loc. laud. — *cum ibi* cod. Par. b. 5) *illicite illexit* Florent. Edit. princ. vetust. Rhol. Ven. 1. II. Ald. Bas. Paris. Gryph. Vulgat. — *inlicite inlexit* Havn. cod. Par. a. — *inlicit et inlexit* Cod. B — *illicit et illexit* Vertr. — *illicit et ellegit* Sciopp. — *illicit et illegit*

Ciacconius. — *illigit, illecitque, i cum e et c cum g magnum habet affinitatem* Turnebus. — *ë, ï* cod. Par. a quod reponendum. 6) *quae cum E et C cum G* Florent. Ed. princ. vetust. Rhol. Venet. I. II. Ald. Bas. Par. Gryph. Vulg. — *quae cum C et G* Cod. B. — *quia I cum E, et C. cum G* quidam apud Augustinum, item omisso *et* Sciopp. — *quia I cum E* Vertran. ceteris omissis; ille quidam est Ciacconius, qui loc. cit. ita haec laudavit verba; haud dubie vere. 7) *habeant* Cod. B. — *habebat* cod. Par. b.

Mueller. p. 112.

Hoc ipsum inlegium* inlexit [1])* scriptum inveni in M. Junii commentariis, quod tamen ibi idem est quod inlicium* inlexit; quod et I cum E et C cum G magnam habent communitatem.

1) *inlegium* inlexit** conj. scripsi, posterius verbum addens propter sequentia. *inlicium* codd. *ellegium* vet. cod. apud Scioppium in marg. — *ibi idem* a. ut videtur sicut Vertranius. *ibidem* codd. — *inlicium** conj. *inlicite* GHa. *illicite* Fb ut saepius *illicitum* pro *inlicium* scriptum habent codd. *illicit et* Vertran. — *quod et* conj. *quae* codd. ortum id e siglis verborum *quod et* cf. Praefatio (p. XXIII.) — *I* addidi cum Ciacconio apud Augustinum om. codd. nisi quod *cum ë, ï* legitur in a.

Paulus Diac. p. 114: „Illicium dicitur cum populus ad concionem elicitur id est vocatur. Unde et colliciae tegulae, per quas aqua in vas defluere potest.“ et p. 115: „Inlicium vocare antiqui dicebant ad concionem vocare.“ c. annot. Muelleri v.

Gronov. Observ. ed. Platner p. 11. Goettling. p. 150. 275. Creuzer. p. 156.

II. (XI.)

Gellius noct. att. l. XIV. c 8. ed. Lion. T. 2. p. 287.

Praefectum urbi Latinarum causa relictum senatum habere posse Junius [1]) negat. quoniam ne senator quidem sit; neque jus habeat sententiae dicendae, quum ex ea aetate praefectus fiat, quae non sit senatoria. Marcus autem Varro in quarto epistolicarum quaestionum, et Atejus Capito in Conjectaneorum ducentesimo quinquagesimo nono, jus esse praefecto senatus habendi dicunt: deque ea re assensum esse Capitonem Tuberoni contra sententiam Junii refert, nam et [2]) tribunis, inquit, plebis senatus habendi jus erat, quanquam senatores non essent, ante Atinium plebiscitum.

1) *Junius.* Ita Carr. ex vett. libb. (Emend. 1, 19.) quibus accedit Guelf. Edd. vett. *Mutius* et post Mutii. 2) *namque et* Vulg. *nam et* Cod. Tom. om. *et* Edd. vett. dederunt: *namque et.*

Antiquam lectionem (Mutius, Mutii) probare videtur Goettlingius p. 346. a. 6. Nobis in incerto rem relinquere placet. cf. Drakenborch. de praef. urbi ed. Kopp. p. 23. Creuzer. p. 148. De plebiscito Atinio. v. Klenze Fragm. legis Serviliae

p. 29, 6. Goettling. p. 293., apud quem tamen mendose videtur exaratus a. 423, quum locus Pighii adscriptus (III. p. 20.) illud in a. 623 ponat. Tempus autem hujus plebisciti plane non constat, atque id tantum ausim affirmare, Junii aetate nondum latum fuisse. De aetate senatoria v. Rosin. p. 490. Hoffa de sen. Rom. T. 1. p. 23 sq.

III. (XII.)

Festus ed. Muell. p. 246.

Publica pondera ad legitimam normam exacta fuisse, ex ea causa Junius in . . . . colligi-t, quod duo Silli [1]) P. et M. Trib. pleb. rogarint his verbis: „Ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus oetier qui [2]) solet, uti coaequetur sedulum, ut hi [3]) quadrantal vini octoginta pondo siet: congius vini decemp. is [4]): sex sextari congius siet. in [5]): duo de quinquaginta sextari quadrantal siet vini. sextarius aequus aeque cum librario siet: sex dequinque librae [6]) in medio [7]) sient. si quis magistratus adversus hac d. m. pondera, mediosque [6]) vasaque publica modica, minora, majorave faxit, jussit vere [9]) fieri, dolumve adduit, quod [10]) ea fiant, cum quis volet magistratus multaretur [11]), dum

minore patri [12]) familias taxat, liceto; sive quis in [13]) sacrum judicare voluerit, liceto.

1) Silii. 2) qui dele. 3) uti. 4) decem p. (i. e. pondo) siet. 5) vini. 6) sexdecimque librari. 7) modio. 8) modios. 9) jussitve. 10) quo. 11) multare. 12) parti. 13) im.

Suppl. Annot. p. 398. Urs. ita:

Publica pondera quibus populus Rom. uti solet, — ex ea causa Junius in . . . . dicta sic ait: quod duo Sillii P. et M.

Haec ex Junii Gracchani de potestatibus libris fluxisse existimarunt Bertrand. de jurisperitis l. II. c. 1. p. 166. et. Brissonius de form. T. 1. p. 128. quibus dubitanter accessit Zimmern. h. J. R. T. 1. p. 303. a. 20. Cui conjecturae profecto nihil est, quod adversetur, neque tamen ea quidquam habet, quo se tueatur. Nam Silianae rogationis tempus quum ne Boeckhius quidem, cujus id maxime intererat, ausus sit constituere, nulla de Junio probabilis sententia ferri poterit, cujus ut videtur libri nomen ignis invidus delevit. v. Böckh. metrol. Unters. p. 17. 206. quo loco v. d. Ciceroniano aevo multo superiorem rogationem latam censet. Quo argumento nisus Hauboldus mon. leg. ed. Spangenbg. p. XCVI. eandem confidenter ad a. u. 510. referat, me praeterit. Apud Festum vero nemo alter Junius deprehenditur, ut ambiguam et ancipitem rem pronunciare cogar. cf. Villalpand. in Ezechiel. tom. 3. part. 2. lib. 3. c.

19. p. 479 sq. Wernsdorf. poet. Lat. min. T. V. Exc. VIX.

IV.

Desinat libellus, unde exorsus est. Niebuhrii de Junio Gracchano sententiam huic loco reservavimus, ut, propositis tanquam obrussa reliquiis, quo ea loco habenda sit, comparanti ultro appareat. In cujus viri studiis aestimandis modo laudibus summis exaggerantes modo acerba vituperatione reprehendentes docti homines versari solent, pauci rectius cohibendam sententiam, et nullam potius, quam immaturam proponendam pronuntiarunt, (v. Lebensnachrichten über B. G. Niebuhr. T. 3. p. 346.) Sed quo id tutius aliquando fieri possit, licebit, adhibita ea qua par est modestia, in singulis quid ille praestiterit, cognoscere. Nam quemadmodum is, qui ad ingens opus et intentatum accedit perficiendum, vires in explenda ambitus vastitate consumit, sic justus arbiter, nonnisi singulis partibus aequa trutina pensitatis, verum sibi de integro judicium informabit. Solent autem

vitia librorum recte perspecta eorundem virtutes illustrare. Itaque, dum Niebuhrium de Junio Gracchano disserentem multum a vero aberasse profiteor, hoc veritatis causa dictum volo. Nam qui nostro libello perlecto, quam exiles sint et incertae Junii fama atque reliquiae perspexerit, mirabitur sane, quá confidentia vir summus pronuntiaverit quae cum maxime ambigua sunt, viderit-que provida et vaticina adeo mente, quae nos latent. Hanc animi sui propensionem ipse T. 2. p. 15. sq. praeclaris verbis significavit, ut talia refellendo ingrato mihi et inutili munere fungi videar. Quamobrem sategi verbis allatis, comparandi et dijudicandi potestate permissa legentibus.

Niebuhr. h. R. T. 2. p. 12.: „Rechtsspiegel sind die ältesten namentlich im Andenken gebliebenen römischen Bücher; und Cincius' Schriften über das Staatsrecht habe ich bereits erwähnt: achtzig [1]) Jahre nach ihm schrieb C. Junius, von des jüngern Gracchus Freundschaft Gracchanus beigenannt, eine Geschichte der Verfassung und Obrigkeiten, welche bis auf die königliche Zeit zurückging und von der Einrichtung des Consulats an unter den Jahrzahlen der kapitolinischen Aera [2]) die Einsetzung neuer Aemter, die Abänderung der Befugnisse der bestehenden angab. Reiche Ueberreste aus diesem unschätzbaren Werk, welches ganz aus den pontificischen Schriften und den

ächtesten Quellen gesammelt gewesen sein muss, sind dadurch erhalten, dass Gaius[3]) seinen Büchern über die zwölf Tafeln eine Geschichte der Obrigkeiten vorgesetzt hatte, wovon vieles in den ehrlichen Auszügen des Lydus und dem angemassten des Pomponius[4]) auf uns gekommen ist. Hätten Livius und Dionysius, bei denen einiges seinen Ursprung nur in Gracchanus haben hann, ihn unmittelbar gebraucht, so würde so manches andre nicht fehlen: was sie freilich übergehen konnten, wenn sie aus Macer, der es gewiss nicht versäumte, solche einzelne Angaben aushoben: aber alle dieser Art nicht höher achteten wie andre annalistische, von denen sie mancherlei übergingen. Haben sie demnach jenen herrlichen Lehrer des Staatsrechts nicht unmittelbar benutzt, so waren vollends die namenlosen Chroniken für sie nicht vorhanden. — Die Geschichte selbst ward hinfort ausschliesslich geglaubt und erzählt, wie jene beiden sie gestaltet hatten: wenn gleich Dio Cassius sich von dieser Abhängigkeit befreite und zur ächtesten Ueberlieferung in Fabius zurückhehrte; auch Gracchanus, von dem damals jeder Rechtslehrer wusste, nicht vernachlässigt haben kann, da die Geschichte der Verfassung sein stetes Augenmerk war. Sie ist auch das meinige, und das höchste Ziel meiner Kritik, dem Begriff, welchen Fabius und Gracchanus von

der Verfassung und ihren Veränderungen hatten, nache zu kommen: ganz gewiss sahen sie darüber unbedingt richtig" —

1) Cincius Alimentus post a. u. 545, quo T. Quintius Crispinus consul fuit, videtur annales scripsisse. Krause p. 65. Cui numero si addideris 80, habebis a. u. 625.

2) v. T. 2. p. 130. a. „Von allen diesen Nachrichten über die Geschichte der Magistraturen mit beigefügten Jahrszahlen nach der Aera der Consuln darf angenommen werden, dass sie aus Gracchanus herstammen." Laudatur Lydus de m. 1, 38, sed oblitus erat Niebuhrius, hunc professum esse, se Gracchani sententias tantum ex Ictorum libris cognovisse: neque tamen plus semel ex Ulpiano verba ejus referre. Hoc valet de omnibus, quae inde N. sumsit, locis T. 2. p. 207. sq. T. 1. p. 277.

3) v. T. 3. p. 50. Rubino p. 320. a. se hujus opinionis causam non reperisse fatetur. Fortasse Niebuhrius propter verba Lydi *τοὺς νομογράφους ἀναφέροντας*, et frequentem Gaii usum, inde Gracchani quoque notitiam hausisse conjecit.

4) T. 2. p. 349. a. 707. „Pomponius compilirt Gaius, welcher Gracchanus vor Augen hatte." T. 1. p. 646. a. 1357. „Diese nennen Livius und Lydus (der in diesen Angaben stets dem Gaius, also mittelbar Gracchanus, folgt)." T. 2. p. 128.

Sententiae controversae.

I.

Historiae Romanae perscrutatio ita instituenda est, ut ex ultimis reipublicae temporibus ad remotiora paulatim progrediatur.

II.

Livius ipse historiarum libros in denos distribuit.

III.

Nobile quinquertionum symplegma Florentinum (ap. Müller-Oesterley. Denkmäler der alten Kunst. T. 1. XXXVI., nr. 149) refert Arrhichionem cum adversario luctantem. cf. Philostr. sen. imag. II., 7.

IV.

Verba Varronis de l. L. V., 143. p. 55. ed. M. ita distinguenda sunt: „Oppida condebant in Latio Etrusco ritu, ut multa, id est junctis bobus, tauro et vacca, interiore aratro circumagebant sulcum."

V.

L. Cincio Alimento fastorum liber perperam tribuitur.

Addenda et Corrigenda.

Part. I.

p. 8 v. 7 pro (nomen) leg. praenomen.
„ 9 „ 28 „ (a. b.) leg. A. b.
„ 10 „ 1 „ (ἶνός) „ ἶνος
„ 10 „ 19 dele (Felicis Galli)
„ 11 „ 17 post (Grachus) distingue.
„ 11 „ 23 pro (p. 2.) leg, p. L.
„ 12 „ 17 ante (Rosin.) add. Schottus ap.
„ 12 „ 23 post (Franz.) add. Falster mem. obsc. p. 21.
„ 13 „ 18 pro (Goettlingius 1,) leg. Goettling. l.
„ 14 „ 16 „ (parvum) leg. parum.
„ 14 „ 20 „ (Maximus) leg. Maxumus.
„ 15 „ 12 „ (§. 85.) leg. §. 83.
„ 15 „ 13 „ (Maximus) leg. Maxumus.
„ 17 „ 19 „ (Goettinglius) leg. Goettlingius.
„ 17 „ 28 post (fuisse) add. cf. Ep. XIII., 30. Strabo. V. p. 147.
„ 20 „ 5 post (eam) add. potissimum
„ 20 „ 25 „ (Niebuhrio) add. T. 1 p. 547.
„ 20 „ 27 pro (V. 68) leg. V, 18.
„ 21 „ 8 „ (ἀπ) leg. ἀπ᾽
„ 21 „ 9 „ (Ἰούνιοι) leg. Ἰούνιοι
„ 21 „ 15 „ (c. f.) leg. Q. f.
„ 22 „ 2 „ (p. 51.) leg. p. 1.
„ 22 „ 24 „ (M. Aemilio) leg. Mam. Aemilio
„ 25 „ 23 post (occubuit) dele punctum.
„ 28 „ 4 pro (l. Ju. V.) leg. b. Ju. V.
„ 28 „ 17 „ (augurum) scrib. pontificum..
„ 29 „ 7 „ (ad Luc.) leg. ad L.
„ 30 „ 28 „ (C. 3. 1.) leg. I. 3. 1.
„ 35 „ 9 „ (an) scrib. num.
„ 44 „ 5 post Φούλβιος disting.
„ 46 „ 2 ante (p. 373) add. T. I.
„ 46 „ 6 pro (ej sdem) leg. ejusdem
„ 47 „ 4 transpone ita: usque ad Justinianum.

Part. II.

„ 3 „ 13 pro (1, 29) leg. 1, 24.
„ 6 „ 7 „ (*forte v.*) leg. *forte P.*
„ 13 „ 18 „ (sua voce non populi) leg. non sua voce, sed populi.
„ 19 „ 12 „ (μικρῶ) leg. μικρῷ
„ 24 „ 18 post (c. 141) add. n. 144.
„ 25 „ 2 „ (Pandanam) disting.
„ 26 „ 13 pro (*subeusano α*) leg. *subcusano a*
„ 27 „ 1 „ (*c volo pagus*) lege *s volo pagus*
„ 29 „ 23 post (Lex T. 1.) add. p. 516. Schneider T. I.
„ 31 „ 12 pro (rsge) leg. rege
„ 32 „ 6 „ (Ἁλκμαίων) leg. Ἀλκμαίων